Med
4019

MEDICINÆ
PRACTICÆ
Compendium

IOH. ANDREÆ SCHMITZII
Medicinæ Doctoris, & in
Academia Gelrica
Professoris.

Vocibus capitalibus ingenti numero, ad faciliorem propositorum affectuum investigationem, interjectis noua hac editione locupletatum.

G. H. Velschij. L. S. B.

GENEVÆ,
Sumptibus Petri Chouët.

M. DC. LIX.

لا طبيب الا ذو الحكمة
لا حكيم الا ذو التجربة



Hippocr. in Vrbic.

Μὴ λόγῳ σῶμα ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητρὸς νομίζεσθω.

CANDIDO LECTORI Salutem.

VTINAM *ab ipso authore huius opuſculi editionem procurari fata ſiviſſent: Longe enim accuratiora & correctiora omnia haberes,* Amice Lector. *Sed cum repentè letali morbo oppreſſus, mortalitatem explevisſet, qualecunque id*

erat, publicare visum, non quod meliora non reliquisset & accuratè pertractata, sed quod nova Methodo vniuersam MEDICINAM PRACTICAM, cum omnibus quæ ad morbos sive cognoscendos sive curandos vulgo requiruntur, in fasciculum quendam breviter constrictam, hæ pagellæ exhiberent. Miraberis ordine literarum morbos, non secundum partes humani corporis, vt plerique omnes scriptores solent, hic proponi. Cuius instituti sui rationes quanquam varias habuerit author, quas inter etiam hæc erat, quod in familiares vsus

hunc

Non è vivere, sed valere vita.
At nostri bene computentur anni,
Si grati et tetrica fulere febres,
Aut languor gravis, aut maligni dolores,
Et vita melior separentur,
Infantes simus et senes vicemur.

[Vid. Christ. Langii Miscell. Med. curios. §. 1.
et hoc dicti Lipsii ergo elegantior: Mustaf.]

---

hunc Indicem, non edendi animo, conſcripſiſſet; præcipuam tamen fuiſſe ſcias, quod exiſtimaret illam morborum iuxta partes humani corporis diſpoſitionem, non carere confuſione & imperfectione. Quid enim iuvat capitis affectus primo, deinde thoracis & ita porro, proponere, cum plurimi ſint morbi omnibus vbique partibus ex æquo communes, vt obſtructiones, inflammationes, &c. quidam ab iiſdem fiant cauſis, eadem habeant ſigna & curationem eandem, vt profluvia omnia, hæmorrhagiæ, fracturæ; vnde fit vt toties eædem repeten-

dæ ſint cauſæ, eadem toties iteranda curatio, vt lector pelvim ſubinde expoſcat præ nauſea. Qua quidem ratione multorum Medicorum Opera in ſtupendam molem excrevere. Satius igitur ipſi viſum, morbi alicujus rationem generalem dare ac mox ſpecialem in hac vel illa parte, quæ curationem generalem variare queat, ſubjungere: vt vno intuitu omnis in quavis parte curatio & curationis differentia pateſcat. Neque id ipſi viſum fuit ſatis accuratum quod vulgo dicitur, omnia medicamenta deſumi, vel à diæta, vel pharmacia, vel chirurgia,

cum

Theodoretus de cur. Graec. adfect. serm. 1.

Deus sapientissimus Medicus utriusque rei (animae scil. et corpori) praefecit, et tam et illam medendi rationem praedocti essent, jussitque eos quodam quasi imperio ac dominatu moderari morbos, illisque praedicta.

AD LECTOREM.

cum multi sint affectus in quibus chirurgia locum non habet nec pharmacia, neque sciri hinc potest, quid primo, quid vltimo agendum. Aliquando enim chirurgia in principio morbum tollit, aliquando vt pharmacia præcedat, necesse est. Quin & multæ dantur cibariorum formulæ quæ non nisi à pharmacia confici possunt.

Quare omnia medicamenta in quocunque morbo, vel Generalia sunt, quæ totum corpus respiciunt, vel specialia sive Topica, quæ partem tantum. Atque hæc illa sequi necesse est.

Inter Generalia primus locus

debetur diætæ, vt aëri, cibo, somno, &c. Secundo ad roborantia est attendendum, postea de glande, clysiere, Venæsectione, est cogitandum, tum de alterantibus, purgantibus, sudoriferis, diureticis. Quibus vel omnibus vel plerisque præmissis, accedendum ad Topica. Atque hac ferè Methodo vsus fuit author noster.

Hæc te monere visum, Amice Lector, simulque rogare, vt sicubi quid occurrat non satis expolitum, vel nævo aliquo laborans, id non authori, sed nobis, adscribas. Scripsit enim illa admodum iuvenis, nec correcta ad edi-

Jo. Chrysostomus in
Ψ. IV.

Ἰατρεία ἀρετή, ἥτις προφυλακτικοῖς καὶ
διορθωτικοῖς χρεῖται
φαρμάκοις.

AD LECTOREM.

editionem reliquit: ſed prout in adverſariis eius poſt obitum reperta ſunt, ita edere maluimus quam in alieno opere ingenioſi videri. Quod ſi hanc curam noſtram benigne interpretatus fueris, proxime dabimus opus maioris momenti, Plantarum Velavicarum, imo omnium pene, accuratiſſimam Hiſtoriam, quam author paucis ante mortem diebus plenè abſolvit, & quo opere nihil à multis annis in Botanica laborioſius & exactius prodiiſſe, tute fateberis. Vale.

Georgius Hornius.

AD LECTOREM.

ET ego, *Lector humaniſſime, cum in manus meas opuſculum hoc ingentes labores exigua mole complectens incidiſſet, authoris inſtitutum comprobaui, & editoris animum beneficum laudaui. Sed cum Iohannes Andreas Schmitzius ordinem illum alphabeticum perſequeretur, breuitatique ſtudens vocibus primo occurrentibus, & ſibi forte magis familiaribus rem totam expediret, factum eſt vt ſibi quam quibus non deſtinarat commodius vademecum compingeret. Hinc omnes, qui alioqui libellum hunc in maximo pretio habent, de metho-*

di

Galenus II. comp. med.
κ. γ. c. 1.

ὁ μὲν λόγος εὑρίσκει τὴν σύνθεσιν, ἡ δὲ
πεῖρα κρίνει τὴν τῶν εὑρεθέντων
δύναμιν.

di illius difficultate conqueruntur: ut ex iis multi in vsum proprium peculiares sibi indices composuerint. Ea cum animo versarem, & medicorum filiis prodesse studerem, aliquid in scriptis alienis detrahere aut immutare piaculum ratus, huic operi medicinam facturus medicas voces ducentas & plusquam sexaginta, mea quidem sententia ad faciliorem propositi affectus inuestigationem necessarias, suis quamque locis inserui, quarum ope non iniustis eorum querelis abunde satisfactum existimarem. Ita enim inquisitor non omnino rudis aut in authoriss

dictiones primario incidet, aut in noſtras quarum indicio ad illas ſecundario deductus inueſtigationis fructu nunquam fruſtrabitur. Tu ipſe Lector experire, & induſtria noſtra ſi ea tibi arridet vtere: ſin minus pro ingenij tui facultate in medentium vtilitatem meliora molire, & interim vale.

NAΘ.



[illegible]

Judicativam, prognosticam, et curativam, nos satis accuratam divisionem, ꝯ Salvum solarum probare conatur

Antonius Alvarezius Epid. Med. part. 1. epist. 1. p. 3.

IOHANNIS ANDREÆ SCHMITZII

MEDICINA Practica.

ABORTVS Symptoma est excretorum.

CAVSA est facultas expultrix irritata vel retentrix læsa, quod fit ab aëre, nimia excretione, motu, Venere, affectibus, natiua debilitate vteri, fœtus, retentricis facultatis, partu primo, odore extinctæ candelæ, Castorei, galbani: morbo fœtus à vitioso semine, copia vel inopia alimenti: morbo fœtæ, intemperie, febri acuta, ligamentorum laxitate, vtero hiante, intestinorum breuitate, soluta vnitate partium vicinarum. Lipothymia, conuulsione, dolore, Sternutatione, læsitate vteri ab humore pituitoso, *aph.* 45. *sect.* 5.

SIGNA *Diagnostica, aphor.* 37. 38. 52. 53. *s.* 5. *Prognostica.* In abortu magis afficiuntur quam partu : poma enim immatura non nisi vi evulsa decidunt. Sæpe, præsertim primus abortus, sterilitatem facit : periculosior est abortus sexto, septimo, octauo mense.

PRÆSERVATIO. Si occurratur causæ. Sæpe ab humore pituitoso fit. Interna & topica sint astringentia. Specifica sunt coralla, grana alkermes, rasura eboris.

℞. *Corall. præparat.* ʒ j. *marg. prep.* ʒ ß. *rasur. ebor.* ʒ j. *mastich.* ʒ ß. *grana kermes* ʒ ß. *manus Chr. perl.* ʒ ij. *f. pulvis.*

CVRATIO. Si præseruatio sit irrita, omn modo promouendus abortus.

QVÆSTIO. An angustia uteri abortus causa esse possit? Aff. prout ventriculi angustia vomitus.

ACHORES. Vide Sahafati.

ÆGILOPS. Vlcus caruunculæ lacrymalis.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA est colluuies humorum mel. sæpe & pituit. bil. in venæ portæ, art. Cœliacæ, meseraicæ ramis in hypochondrio præsertim sinistro collecta, ob læsam lienis coctionem sine putredine, è qua vapores horum naturam obtinentes & pars humoris varia Symptomata excitant ; ut nauseam, vomitum, ructum, diaphthoram acidam, nidorosam : (unde *Senn.* casum *Fabr. cent.* 4. *obs.* 32. non à semine,

بعون الله

Abscessus. vid. Chirurgica.

Abscessus hypocraneus. vid. ibid.

Chylisma Hypocistidis Catrabatus.
Myrtotum Electricum.
Ta. Corallij vegetabilis terrestris. [وهو عين البقر الذي له زهر احمر]
Limoniae Theophrasti. NB.
Nedon duale ἀμοσχονεκυλεκτε.
CC. Oatum.
Ossa Elaphocardiae Oata.
Hieraticum Thyocroci.
Ex. Helenij anisatum.
Ta. Corallorum.
Margariticum rosatum philosophorum.
Ta. amethysti.
Arcanum Oij Juniperum.

Conf. Statices Monocerotica.

Cataplasma ex rad. eryngij veri, sub Umbilico applicitur: Limonij.
Epomphalium Libi Norici c. vin. aromatite.
Andropimele pineata.
Ungt. Com. Varignanae.

Mirachialis barbarorum, ab Arab. ميراق quod abdomen. [aggregatio cutis super ventrem Ant. Giggejo in Lex.] Idem ومانة Hypochondrium, sumen, Umbilicus cum partibus circumjacentibus.
ὠάδος φυσώδες Dioclis Carystij ap. Galen. quod cum in pylorum refe-rebat, ἐγγὺς φλογώσιν inculcabat.
ὀρθὸς ἄδω κακωζών dixisset Ae-tius: l. Chron. IIX.
Diff. a melancholia hypoch.
Multi n. hypochondriaci, quam nos melancholici, quales VI. aph. XXIII.

Vid. adnot. nostras ad C. l. Cons. ex oter. C. X.

مدر Inflatio hypochondriorum: ap. Ekn Hamadum Aljauharium.

Vid. Epifagm. mus. 7. Inter ventric
℔ d' sexti transverſi ſpinæ ℔
gemina omenti tunica dictu
efformat: d' V. aſſor. 7 IV.

Nullus vaſorum genus in hoc abſit exclu
dendus e, nec viſceris nullus immune
ce pt, adeoq; nec ℔, n vena Porta
tionis officina. Nec ſepar, d lien,
colatoria depurator, nec pancreas
℔ ductu ſuo Virſungiano d ſo. ꝑ
nec meſenterium c. ductib Aſelliani
d meatibz roriferis S. chyliferis P
quetiani ac Bilſiani, nec glan
dulis tam red Rorif ℔ alimenta
ria c. lactea d hymſ ductib
nec cerebz ſuc ℔ ſpinali medull
ctfi ℔ ſenſ adſect dicti ℔ ner
vos d ſo. nutricio ꝑprio. Nec ven
triculy d' inteſtina, ob ſemota ſua
Athonia ingenita obleſa.
℔ ſem. ℔ Uteri ſuc adſect e, d
is viris ℔ Uſa ſeminalia, d ſuc
℔ ſeminoidez.

7 Gen. l. conſ. Ec. C. d
Conſ. Cant-II. Conſil. Exoter.
7 XXV.

Syeliſmy inter ſigma pelvis,
gnomonica ap. Diocles:
mus tubz ex ventriculo, ſed ℔
cerebro, ſuta Nattomedis
Hyſmoy ℔ adſ. hypoch. c. VI.

ne, sed hypochondriacum fuisse vult:) flatus multos quos contineri vult. *Senn.* in cauitate illa Spiegelii in latere sinistro : anxietatem à pastu, alvum suppressam ob vasorum siccitatem, æstum hypochondriorum ; vrinam nunc crassam, nunc tenuem, turbidam, palpitationem cordis, syncopen, sitim, dyspnœam, vertiginem, epilepsiam, paralysin, lassitudinem, somnum turbulentum. Differt à Mel. hypochondriaca, quod in aff. hypoch. plurimi melancholia non laborent.

CAVSA est humorum colluuies ob ventriculi frigus, lienis debilitatem, hepatis calorem, intestinorum & pancreatis siccitatem, vasorum obstructionem, pancreatis præsertim & venarum lactearum vitium, collecta, in virginibus sæpissimè & mulieribus ob uteri vitium & menses suppressos.

S. *diagn.* Si à liene, tensio & durities ejus adest, facies decolor.

Si ab hepate ; in illo est tensio.

Si in mesenterio, vasis, &c. flatus, rugitus, durities adsunt.

Si in ventriculo, Coctio est læsa.

Si ab utero, rugitus est uteri, menses sunt suppressi.

Progn. Malum est contumax ob contrariam viscerum temperiem, humoris crassitiem.

Hæmorrhoides, varices, menses, sæpe eam soluunt, imo & hæmorrhagia naris sinistræ, urinæ nigræ.

Fœminæ ea rarius laborant: sed nunquam curantur. #

Vrina crassa melior.

CVRATIO. Indicans primum est humor vacuandus per humectantia & refrigerantia lenia, hemorrhoidum sectionem, vomitum, diuretica. Si frustra, ad duo est respiciendum. 1. Chalybem qui præstantiss. est in omnibus obstructionibus, aff. melancholicis, ob ejus sulphur quo abundat: unde videndum ne nimis calcinetur; sic enim adstringit potius sublatis partibus sulphureis. Exhibetur limatura chalybis vel chalybs pp. quod fit si in aceto macerata limatura siccetur & teratur, vel crocus vel tinctura, vel vinum, vel oxymel, vel syrup. vel elect. vel roulæ chalybeatæ. Dosis in subst. mediæ ætati ℈ j, vel non infra ℈ ij nec supra ʒ j ß. detur. Exhibetur commodissime vere & autumno; æstate enim calor, hyeme obstat frigus. Sumatur jejuno ventriculo, quo sumto una atque altera hora obambulet: si vires debiles, obambulatio omittatur. Prandium horis 4. post sumat. Initio tertio quoque die detur, post singulis. Quidam cum primis diebus cum vomitu rejiciunt: sed aliquando cum commodo datur ad dies 30. Videndum, ut chalybs per aluum descendat, quod è fecibus nigris cognoscitur: quod nisi fiat, quarto die vel clyst. vel pil. aluus cienda. Post decimum diem leniter purga & biduum ab ejus usu quiesce. Vt citius

Epicrasis opt.: quae erat ex nervosis,
χελαβιωσ Diosc. Caryst. · sequitur Epicraseos ubi ...
qui evacuaret Gedeon ap. Athenaeum. III. Dipnosoph. XIII.
℞ Specificum purgans Paracelsi.
Holocatharticum et antihypochondriacum
c. Cons. ros. ad gr. v. vel viij.
Diagrydium Sathanis Com. de Warwick.
Pil. Tartar.:
Diatartari Castelli et Corvini.

℞ Audaculus hoc! quod ipse quoque sanat
viro et hypochondriacos, et curanti
inferdum facile sup. viz. si n. à
Suppressis mensibus, ipsis provocatis
convalescunt. Nos etiam gravidas
novimus solo ingruentis tempore
et mel.cas et hypochondriacas, qui
purgatio sponte restituuntur.

V. S. eventibus dicta potius quam maniens: et revellens aut divertens:
in brachio, in manu salvatellae dicta: Saphena in pede:
et in talo nunquam omittenda, juxta G. Calderi. Inferior V. S. praeferenda S. M. ex superioribus, experientia D. Mayerne.

Vit. lienis Obstructio, et hepatis obstr.
Crocus ♂. c. ∇ ♃.
Tr. ♂. agitativa c. ∇ foliata ℞.
Tr. Bezoartica c. ∇ Cochleariae.
Mixtura simplex.
∇ Draganthe.
⊖ Chalybis.

Dictat. ℒ. et Rad. ℞.
⋕ Cachectici Quercet.:

Extr. ∇. ⊖. Cardui bened., correcti
I. Jacobi Hartigii Med. Veneti: cui Extr. Veronicae miscebat
∇ de tribus Andr. Cnoeffelii. Balthas. Brunerus.
Acidulae artificiales Alberti Kyperi,
et D. Erbenii Archiatri Reg. Polon.

Extr. Chamepithyos
Filicis c. ∇ et ⊖ pp.
∇ Hectica
Hypochondriacas Fried. Beltz.
Vinum Chalybeatum Nor. [Rx. Limat. Chal.
c. ℞ ℞. ℥j. ⋕ Ceterach, Sem.
cardiac. tamarisci, Cortic. radic.
Cappar. Caryoph. aa ʒiiß. ⊖
Theriac. ʒiß. bin. Rhen. opt.
Mij. Stent to Cal. per XX. d.
saepe agitando, ℞ col. per chart.
dos. ℥ij. c. syr. fragor. dulc.]
S. sit à sensi humoribus calidis, nihil
efficacius V. S. sub lingua, experientia D.
de Mayerne.
∇ Praesumptiva ejusd. ex pulpa vitellina pomata
veronicata, citata.
∇ Cephalicus ejusd. et Theriacalis.

Infus. Fuliginis, quid c. Infus. Mang.
Syr. polypod. et aliis gentilis
ros. sol. helleb. Fulginis
len. et Frib.
Diaseneos ald.entis
Serum Ravendatum.
Fumariatum.
Syr. Myrobalanorum.
Passum helleboratum.
Pil. Chamepithyos.
Aloë Chamedryata.
Mellago Elapsolaunii.
Cons. rosa helleborata Fernel.
Extr. Helleb. nigri non purgans.
Gel. ℂℂi.
Ungul. Alces.
Eboris.
Dyacocos Philophorum.
Mag. Cyanolithi paradilalossimus.

⊖ Samech Paracelsicum.
Mag. Vini.
⊖ hypochondriacum S. ∇ ⁂ j.
∇ ℞ Dilex: et ℞ Geosphyllum.
Deton. ℒ. Pavame.

⊖ volatile ℞. Antihypoch.
Elix. ♀ ℞ ℥j.
⊖ ℂ ♂. dulce Riverii.
Elix. ℒ. Lyneri à ∇ ⊖.
Fl. ℂ Hematitis.
Resol. Sapphiri c. Sp. Limon. Fonsecae.
Mag. Smaragdi ejusd.
S. Croci hepatica c. Mag. Unicornu
et C. C. Rhinocerotis.
Tr. Amethysti.
Corall. viridis c. ∇ ℂ ℞ ol.
Gelatin C. C.
Ung. alces
Ebor. ... c. corall. et ocul. ℞.
Elix. ℒ. Lyneri. c. ∇ ⊖ pp.
Cons. Specifica Eursii à Stral.
⊖ ℂ dulcis Riverii.
volat. ℞. Antihypochond.
helleb. nigri non purgans.
Elix. ℞ ℞ ♂. odorat.
Sp. ♂.

Mitridatis Pedemontani.
Conf. antid. Spermatocetiata.
℞ CC. — Fuligin.
Pil. Castell. d Corin.
Syr. rof. Persic. c. Cham. ℞
J. Bapt. Melij.
Pil. Ammoniac c. Sc. Card. ben.
Emulsiones papaveris & Sem. Cucumer.
Germesatæ.
Enecthismata herbaria.
Ptisanæ Spinæ c. bals. Dezphibus.
Cinnabaris rosacea dicta, per
Serum Capillis infus. rof.
Damascen.
Serum medicatum Stahlianum. NB.
apienis, & alterius furgans.
Aq. ex Xylobalsamo & Ex Petalis.
Potio Galatij & Stahlianis.
Succolata lactaria Jo. Mar.
tinj Bonomij, Venetij.
Pastillata testiculata Andr. Lan-
renzinj.
Emplastrum Butschij Norsinj.
Pro Analeptico R. M.:
Pil. Stomachal. gdi.
Carminativi gdi.
Confect. Alkermes.
Pil. Stomachal. gdi.
Carbunculi.

Pastilli Balsamodendri, & Hedychroi
Crocus &, ambræ, boracis aa,
CC. Ebori &. Rad.

Pil. Spadani Jo. Eichmanj.
Gottfani Balthasaris.
Marcostinæ R. Mund:
ex aloë Violata c. Oo &c.

Acidulæ Luccienses, Geppingenses,
Heimerenses, Antoniani Colonienses, Vallis Solis Tridentinæ,
Engaddinæ S. Mauricij.
Herinq: Serinq Virtembergica,
Ellenses, Teplicenses, Castinæ
enses, Laudecenses, Meidor
fenses, Spadanæ, Aquisgra
nenses Cornelianæ, Vilbadenses,
Fabarianæ. Schelciana, Ticinella
Nuerianæ. Tragemata.

℞ Pastilli Balsamodendri, & Hedychroi
Crocus &, ambræ, boracis aa,
CC. Ebori &. Rad. Scorton. gdi &
Conf. Alkermes. Conf. Sl. tunic.
Pil. Stomachal. Viol.
Spec. Diamb. Euphrasiæ.
Diacydoniæ. Pil. Margarit
Conf. Hyacinthina.
Lap. Bezoar c. Rad Scorton. M. fig
Mag. Cornu cervi.
Ebenus fossilis.
C. Rhinocerotis.

Alphar. vid. Jacobæi.
& Zibethi.

citius descendat, addi possunt purgantia & corrigentia & sub forma pil. exhiberi. 2. ad acidulas & thermas, quas qui bibunt, nigra per alvum dejiciunt ob vitriolum. Visitatæ sunt acidulæ Svvalbacenses, Griesbachienses, Egranæ, Thermæ Badenses, Carolinæ. Medicamenta è tartaro facta:

II. Partes debiles corrigendæ & roborandæ per interna & topica. Sic ventriculus frig. per cal. interna: hepar cal. per topica, vel per clysteres refrig. vel exhibe pulpam citri cum cort. hæc enim diutius morabitur in ventriculo; vel integra grana piperis. Vel homini diu jejuno exhibe refrigerans, quod citissime hepar petet, si præsertim se non mediocriter exerceat. Vel talia calida exhibe quæ subsistunt intra calorem hepatis quæque ob id ejus intemperiem non intendunt, vt agrim. fum. cichorium. Sic roborato stomacho tutò hepatica frigida exhibebis. Vel propina talia quorum mixtio noua & prima coctione non soluitur, sed secunda & tertia; vt Sp. vitrioli.

Si à suppressis mensibus, v. s. opus est,

ALBVGO. Oculi vitia.

ALOPECIA. Pili.

ALVI fluxus. Diarrhœa.

ALVVS SVPPRESSA Causa: Bilis defectus, ut in ictero & post purgationem vacuata bile & excrementis, cum bilis à vita sedentaria & incurvatione continua regurgi-

tat in ventriculum. Inedia, cum omnis liquor à partibus famelicis attrahitur; quod & conualescentibus accidit. Pituita intestina obducens. Sic in vita I. Heurnii narratur I. Lipsium pituitam instar intestini excreuisse. Hepar calidum. Fæces duræ, paralysis. *Laur. Cons. 7.*

CVRATIO variat pro ratione causæ. Si à duritie fæcum, si clysterem purgantem injicias, tenuia excernet, dura subsistent. Ideoque clysteres duos vel tres merè emollientes injicies post purgantem: vtilia sunt mollientia in cibo, serum lactis, malva, pinguia, potus copiosus. Sauonarola duci Ferrariensi suasit, ut in ttiduana suppressione nudis pedibus in pauimento mormoreo inambularet aqua frigida perfuso. Cum quinquaginta passus feciſſet, potenter alvum dejecit. Verum Brassauola periculosum hoc esse judicat. Tormina enim & fluxus sequi possent. Nonnulli ventrem solvunt ovis sorbilibus: quidam purgantium odore, alij manu ea tenent. Platerus tussi & sternutatione concitata. Vtiliter extra applicantur umbilico.

In infantibus supprimitur ob lac pituitosum, ventriculum debilem, errorem diætæ, epatis calorem, iique raro sani vivunt.

CVRATIO. Si occuratur causæ. Nutrix vel infans mollientibus utatur, mel ros. solutivum exhiberi potest. Si meatus cholidochus sit obstructus, decoctum rad. gramis,

obstructio: adstrictio et coniunctio:
gradatio et atrophia: collapsus a
vinia vacuae: enterocele: sensus
obtusio irritatus ung sentiens.
a efficacia varia: interna et
externa: aer calidus, siccus: status
agonicus Mappa. V. et XVII.
victus cal. sicc. balnea, unctura
cal. sicc. dentitio, sopitus, vectio,
sessio gravida, epistaxis frequens.

Juvenes: alvus ig alvus, ig febrilis
media efficacia: nisi ob
noctu plerumque. V. appar. cal.
obstructio a feces durior,
vermibus, fit. vitrea:
angustiae a tumoribus:
gradatio ig ileus.
Sensus obtusio a lesione nervorum
sectio pairs.
obs. XLIX.
Hemeyerus: ibid.

Electus len. Cornelii Baersdorpii &
Carolo V. Cas. ap. A. Gassen. obs. XLIX.
alias G. Guelmani, a Christoph.
Electus pestilentia c. Fe. cas. a Thuanus
Fr. Col. Ch.
Phil. alias c. Eff. absinth. a Rhi. Eff. aa p. apth. Ph. aliis Phantasiae
Daniel Ludovici Jacobsthaleri exstinto.

Suppositoria glandes.
Enemata emollientia.
Vesta lax. Epomphalia: ex Libano myrtabacis datis.
Vaporosae emollientes.
Balnea ig dulcis, emollientibus incocti.
Enchiridia Hoëchia.
Blepharospasmus Morgenstedt.
Cocula celeberrima.
Melancholia Oetzmelles Epomphalis Rhei.

tat in ventriculum. Inedia, cum omnis liquor à partibus famelicis attrahitur; quod & conualescentibus accidit. Pituita intestina obducens. Sic in vita I. Heurnii narratur I. Lipsium pituitam instar intestini excreuisse. Hepar calidum. Fæces duræ, paralysis. *Laur. Cons. 7.*

CVRATIO variat pro ratione causæ. Si à duritie fæcum, si clysterem purgantem injicias, tenuia excernet, dura subsistent. Ideoque clysteres duos vel tres merè emollientes injicies post purgantem: vtilia sunt mollientia in cibo, serum lactis, malva, pinguia, potus copiosus. Sauonarola duci Ferrariensi suasit, ut in ttiduana suppressione nudis pedibus in pauimento mormoreo inambularet aqua frigida perfuso. Cum quinquaginta passus feciſſet, potenter alvum dejecit. Verum Brassauola periculosum hoc esse judicat. Tormina enim & fluxus sequi possent. Nonnulli ventrem solvunt ovis sorbilibus: quidam purgantium odore, alij manu ea tenent. Platerus tussi & sternutatione concitata. Vtiliter extra applicantur umbilico.

In infantibus supprimitur ob lac pituitosum, ventriculum debilem, errorem diætæ, epatis calorem, iique raro sani vivunt.

CVRATIO. Si occuratur causæ. Nutrix vel infans mollientibus utatur, mel ros. solutivum exhiberi potest. Si meatus cholidochus sit obstructus, decoctum rad. gramini-

nis,

obstructio: adstrictio et coangustatio: gvolutio et gtorsio: collapsus à vimina vacuaoe: enteroccle: sensus obtusio irritaoes non sentiens.

Cae exsiccaois variae: internae et externae: aër calidus siccus: flatus aglonius III aphor. V. et XVII. victus cal. sicc. balnea, inducta cal. sicc. decubitus supinus, vectio, sessio gtinua, egstatio frequens.

Internae: calor in aliquo, tum febri inedia exsiccans: mictus noctu plurimus. V. aphor. in obstructio à fecibus duris, vermibus, fit. vitrea: angustao à tumoribus: gvolutio in Ileo. Sensus obtusio à lesione nervi sexti paris.

Electus len. Cornelii Baersdorpii p Carolo. V. Caes. ap. A. Gasser. obs. XLIX. aliud G. Guetmani, et Christoph. Heupergeri. ibid.

Electus passulatus c. Sc. cros. et ♃ ppto ac Syr. Cort. Cit.

Pil. aloës c. Ess. absinth. et Elix. ppr. aa p. aegl. ppt. oibus aliis gstantiores Danielis Ludovici Saxo Gothani experto.

Suppositoria et glandes.

Enemata emollientia.

Unguta lax. Epomphalia: ex Libano myrrhaloëtico dstato.

Vaporaoes emollientes.

Balnea aq dulcis, emollientibus incoctis.

Enchiridia Aloëtica.

Alephangina Colocynthidata.

Coccia helleborata.

Melanthium ☉ atus melleus Epomphalis Plinii.

Angina puerorum pestilens epidemia.
vid. mob. infant. NB.

nis, fænic. aſparagi conuenit, alvus cienda per glandes, clyſterem. Venter inungatur vnguento molliente, cui interdum grana aliquot ſcammonij & coloc. indantur. Lenientia propina.

AMAVROSIS, ſeu gutta ſerena. Oculi vitia.

AMBLYOPIA. Oculi vitia.

AMBVSTA. Combuſta.

ANGINA. Inflammatio faucium.

ANEVRISMA. Non eſt tumor ex ecchymoſi arterioſi ſanguinis vt vult Galen. Plat. &c. quia ſic ſanguis ſe in latum æquè diffunderet; quia cutem tingeret: quia facile putreſceret. Sed tumor ex tunicæ interioris arteriarum apertione, exterioris dilatatione. Aperitur vel V. S. imperita: cum exterior tunica, vtpote mollior, coaleſcit denuo; interior aperta manet. Vel à cauſa externa. *Senn. l.5. p.1. c.43. Fabr. obſ.44. centur.3.*

S. *diagn.* Tumor mollis tractui cedens alias cum, alias ſine pulſu, colore à reliqua cute non variat, tactui cedit, aliquando etiam non cedit. *Progn.* Recentia curantur, antiqua non. Sectio periculoſiſſima eſt; ſæpe fit à laborioſo partu, item in gutture.

CVRATIO. Apponatur adſtringens & repellens. Lamina plumbea ſub quavis forma. Sectionis modum vide apud *Senn. l.* cit. ſed tentanda non eſt. vide *Pareum l.6.*

ANI procidentia. Procidentia ani.

ANOREXIA. CAUSA: Quod Suctio vel non fit, vel non percipitur. Suctio non fit. 1. Cum alimentum in toto corpore redundat. 2. Cum humores crudi, crassi in ventriculo hærent. 3. Cum adest obstructio venarum. 4. Vsus pinguium, dulcium, lentorum. Suctio non percipitur. 1. læso cerebro. 2. ob morbum orificij ventriculi vt intemperie quæ sive cal. sive frig. sit insignis, Anorexiam parit. Sæpe fit à potu vini, vermibus, vtero. Causam diuturnæ abstinentiæ quidam volunt esse Dæmonem qui cibum in corpus suggerat; cujus tamen nulla sunt indicia, cum & brutis idem naturaliter accidat. Quidam occultam qualitatem esse statuunt: quidam aëre vesci volunt. Sed quid convertetur in naturam absumti? Quidam vaporibus in aëre hærentibus. Sed cur non omnes eodem modo nutrimur? Quidam aquæ potu vivunt: sed multi aquam non biberunt. Quidam statuunt pituitam in corpore hærere quæ absumi non possit; sed multi pituitosi non fuerunt; sed potius ventris aridi, subacti; sicque senes diu viverent sine cibo. Quidam volunt adipe liquato & in sanguinem mutato vivere: sed falsum est adipem liquari, in ventriculum fluere, in sanguinem mutari, nec per inediam in alimentum cedit sed discutitur. *Fort. Licetus* nutritionem non esse necessariam dicit; quia anima ea opus

non

Ars pruritus.
ol. Nymphae ? } Schoenanthinus in multo.
Viol. . . }
Dat. Salviae in V solani et plantag. Oata.

νέκρωσιν ventriculi, non adpetentiam vocabat Nestorius ap. Reinesius in ep.

3. ob resolutionem nervorum stomachi, cor. 4. ob interceptionem spiritus animalis, in apoplexia. 5. ob eorundem penuriam, in febb. malignis, et hypercatharsi. 6. ob aversionem eorundem, in phrenitide et melancholia. 7. ob orificii ventriculi intempiem, tumorem, solutam unitatem. Melch. Sebizius part. IV. sect. 1. spec. med. R. c. XII.

[# et plerq; malitiosè inedias simularunt.]

[# aptione, vacuaõe, alteraõe, et roboraõe.]

non habet, nec corpus. Sic ſenes minus nutriuntur: generatio item & auctio ceſſat. *Senn.* Cauſam eſſe ait, quod nihil vel certè non niſi longo tempore conſumtum fuerit, ob humoris ad calorem certam proportionem. Sic *Scal. Ex.* 328. ſcribit carbones juniperi per annum integrum ignem tenere incorruptum. Diſpoſitio autem illa humori inducitur, cum ob humoris mel. diffuſionem figitur, vt actuitatem caloris recipere non poſſit. Peculiaris a. inducitur qualitas humori melan. ab vtero. Omnes enim ferè fuere puellæ, ea ætate qua menſes erumpere conſueverunt.

S. *diagn.* Si ſuctio non fiat, vires non proſternuntur & adſunt ſigna repletionis. Si ab obſtructione verò, alvus liquida excernit. Si ſuctio non ſentiatur, vires proſternuntur. *Progn. aph.* 33. *ſ.* 2. Reſpiratio, appetitus in ægris optimum. *aph.* 6. *ſ.* 6. anorexia in pueris periculoſa. Si in principium vel vigorem morbi incidat, tam periculoſa non eſt anorexia: pauco enim egent alimento, & ſi bene edant plus damni patiuntur. Si in declinationem, malum. Si in morbo appetitus ſit proſtratus & ſubito poſtea appetat, lethale. Cerebrum enim læſum eſt niſi criſis præceſſerit.

CVRATIO. Tollatur cauſa: acria, acida famem faciunt, vt & detergentia, vt ficus, garum. Si fit ex vtero, eius affecti adſunt ſigna, Symptomata interdum remittunt &

plura adſunt ſymptomata. Qua ratione vtero ſuccurrendum ſit, *vid. de ſuffocat. & Intemp. vteri Sen. l. 3. p. 1. ſ. 2. c. 2.*

ANTHRAX *ſive Carbunculus* tumor eſt è ſanguine aduſto ferventiſſimo ortus, eſcharam in parte affecta faciens colore vario inſtar iridis, cum veſicula in capite.

CAVSA: ſanguis craſſus, aduſtus, ſeu atra bilis.

S. *diagn.* Incipit à puſtula exigua ſeu pluribus, præcedente pruritu, breui per modum fluxionis ſemper increſcit cum ſummo ardore & dolore, præſertim circa veſperam: deinde febris & ſymptomatum peſſimorum caterva. *Progn.* Pernitioſiſſimus eſt peſtilens, niger, lividus, qui evaneſcit, qui prope partem principalem hæret, quem febris præceſſit. Tutior ruber, parvus, non peſtilens.

CVRATIO. Indicans primum ſang. refrigerium per generalia vt Diætam, V. S. alterantia, non purgantia. 2. Cor à malignitate vindicetur per iuterna & topica, imprimis per ſcabioſæ vel ſuc. vel aq. vel decoctum. 3. Cauſa conjuncta vacuanda ſcarificatione ſatis profunda cum cucurb. hirudin. Si tamen nimium affluat humor, arnogloſſ. cum furfure coctum ſupra carbunculum impone, vt repellat præſertim qua nobile membrum ſpectat. Poſt plaga aq. ſalſa collavetur. Loco ſcarificato non malactica, ſed ſiccantia & putredini reſiſtentia apponenda vt ægyptia-

Syr. † Cichor. c. rhab. Diacrim. . . } exputo P. Barbettij.

Vinum Myriophylli AB.

Appetitum excitantia acidula et aut Trochi: de Crem. ♃.
Et tenuiscula in ca calida: amara,
acria, salsa in frigida.
Vid. simplicia in nostra Med. J. J. à Brunn.
Composita in Enchir. R. Set. ij Mso.

gyptiacum vel farina orobi cum oxymel. vel ſcabioſa vel ſucciſ. viridis trita cum axungia porci vet. vitello ovi & ſale. *Pareus l.21. ſeq.* ſæpe eſt expertus.

℞ *fuliginis* ʒ iiij *ſal. com.* ʒ ij *vitel. ov.* ij *miſc. Radix raphani in taleolas ſecta, potenter trahit venenum. Par.*

Si omnia fruſtra, adhibe cauterium, ſenſus enim ademtus eſt. Eſchara mollientibus non eſt tollenda, vel cum anthrax ipſe cruſtam faciat, mavult *Senn.* vti *Scab. rad. & ſymphyt. raphan. theriac. fuligine, mithrid. ferment. ficubus, ruta, nucibus iugland. rancidis, vitriolo* &c. iiſque Cruſtam removere. Si orbiculi inſtar circum abſcedat, & circulus ruber appareat, futuræ ſanitatis indicium eſt. Cruſta enim ablata vlcus deterg. mell. roſ. ſucc. apij. &c.

CVRATIO peſtilentis differt, quod vena ſecanda non eſt, niſi forte ſub carbunculo ad evacuationem: ſemper attrahentia apponantur vt fimus columbinus, ſapo, pes columbinus, cæpe ſub cineribus cocta & ſuperiora. Quidam aiunt ſi circulus circa carb. fiat cum ſapphiro, eum prohibere ne latius ſerpat & venenum extinguere. *Senn. l.5. p.1. c.* XI. & paulo poſt.

APHTHÆ. Cauſa vel oris vitium cum humores in eo colliguntur: vel totius vt in febribus malignis, acutis: vel partis ut capitis, pulmonis, hepatis, lienis, ventr. uteri;

In infantibus lac acre linguam erodens, item lac putrescens quod vapores acres emittit.

Differentia: aliæ recentes sunt, aliæ inveteratæ, aliæ malignæ aliæ non, aliæ in lingua aliæ in palato, aliæ à sanguine, aliæ à bile.

S. *Diagn.* Tubercula conspiciuntur nunc rubra nunc atra; nunc alba, nunc nigra & fætida. *Progn.* fætidæ, nigræ, ulceratæ, crustosæ, inveteratæ in infantibus lethales, quia eis med. applicari non queunt, quia partes sunt molles, humidæ, vnde facilis putredo, ossis corruptio in aduktis periculosa. Si fiant in febb. acutis & pestilentialibus, lethales sunt.

CVRATIO. In infantibus lactis acrimonia tollatur in nutrice per generalia & topica. Infanti haustus detur è melle rosat. & diamoro cum oxymelite, sirupi primo adstringentes, post addantur discutientia. Si lac male coquatur parcius lactetur. Si frustra, suppurentur caricis appositis, vel coq. furfur in aqua donec lenteſcat, colaturæ mel adde, vel lacte vel mucag. sirup. iulap. gargar. pil. subling. pupul. eclegmatis.

In adultis. 1. humores attemperandi. 2. causa continens adstringentia primo requirit, post & resolventia. Si sint malignæ, aq. viridi, vel ægypt. vel ol. fervente imbuto specillo ex Actio. vel aq. forti quæ vires eluserit in metallis. Seq. repellit.

℞ *aq. caprif. plantag. nucum aa* ℥ iij *ſl. ros.*

Ani fissura. vid. Sebit. Ms. p. ros. Ani ulcera. vid. ibid.

Ani condylomata. Vid. Chirurgica.

Animi deliquium. Vid. Lipothymia.

‖ alię flavę, alię albescentes, alię lividę, alię nigrę. vel c. phlegmone et febri, vel sine illa.

‖ Syr. Aegyptiaco. l. liquidiori mellis parti, q. ꝑ ꝑ subsidentibus supernatat, ut vocabat Jo. Griffonius ap. Hildanus. Abstinendum ab acrioribus et causticis.

Ol respectiva diz animalis fue y
digus ablatis, ob vegetis spiri-
tus animalis influxus y organa
illius oborta.

& Lympha crassior nervor obstruens
Q. Barbetij R. Med. lib. 1. c. 5
& lit. ffi, & ff. oppilat. hi
& Sachery d. n. 5. l.

ros. rub. sic. p. j. in colat. dissolv. sir. granat. diamor. aa ʒ j. m.

Sp. Vitrioli gutt ij mellis ʒ j. mixt. bonum.

Crato ep. 183. Ad inveteratas utilissi. est cinis rad. fænic. ustæ vel per se, vel cum melle illit. Ne ab inunctione à Mercurio fiant, *Forestus* os colluere jubet sæpius oleo amygd. dulcium. [Si tamen gangræna immineat vel suffocatio, repellentia locum habent in malignis.]

APOPLEXIA est symptoma quo omnes actiones animales pereunt. #

CAUSA est non obstructio ventric. cerebri: illi enim Spiritus animales non generant, repugnat experientia in dissectis, neque hydrocephali ea laborant, in quibus soli anteriores ventriculi sunt obstructi, sed 1. Pituita vel humor mel. principium sp. medullæ, prout in sectione Varoliana demonstratur, obstruens. 2. Sanguis vel ictu vel alias effusus eandem partem comprimens. 3. Diathesis phlegmonodes, in qua cerebri vasa à plethora distenta partem illam comprimunt. 4. Si cranij contusio illam partem cerebri comprimat. 5. A Spiritu narcotico, vnde torpor in curatis. 6. Vulnus cerebri & inde nata sp. effusio vel turbatio, *aph.* 58. *s.* 7.

Different. Fortissima est in qua respiratio cessat, nec spuma vel stertor est. Minus fortis vbi spuma est cum stertore. Debilior ubi respiratio est violenta, inæqualis, inter-

mittens. Debilis ubi reſpiratio eſt ordinata.

S. *diagn.* Differt à lethargo quod lethargici excitari poſſint & in ſomnum recidant, adeſt febris; apoplectici non excitantur, excitati paralyſin incurrunt ſine febri. Differt à caro. In Caro reſp. eſt integra, ſenſim invadit: puncti ſentiunt: in apoplexia ſecus. Differt à ſuffocat. uteri: quod in hac faciei color mutetur & fiat lividus; in apoplexia non. In hac vis ſentiendi ſæpè manet, nec reſp. læditur; at ſi reſpiratio lædatur, pulſus etiam læditur: in apoplexia non. Differt à Syncope: quod in ſyncope color faciei mutetur, dentes, os, manus claudantur: in apoplexia laxa manent, in ſyncope reſp. nulla & pulſus nullus. Differt à Catarrho ſuffocat. quod hominem ſenſu & motu integro ſuffocat. *Progn.* Apoplexia 1. & 2. gradus lethalis, *aph.* 43. *ſ.* 2. Apoplexia à cauſa prima eſt, quam intelligit *Hipp. aph.* 42. *ſ.* 2. quæ à cauſa 3. 4. facile curatur. Non ſepeliantur ante 72. horas: quia omnes humores intra illud ſpatium moventur. #

CURATIO. Indicans primum obſtructionis liberatio, quod fit ſi excitentur. Secundum, cerebri roboratio. Vtiles ſunt pulv. cephalici *dib.* 1. *p.* 1. *c. ij.* Senn. Si fiat à cauſa prima præmiſſis excitatoriis, ſi vires ferant, ſanguinis copia adſit, in æſtate, vere, juvene, V.S. per vices in brachio, vulnus fiat amplius. Vel ſi ea uti non liceat, Cucurb. ſcarif. ap-

Obscura loquutio! [qua intra quatriduum ad se redire possit, soluta obstructione et discussa humorum parte.]

Quintendum prognosticum.

Ante triduum nullus ejusmodi aegrotus sepeliendus.

In paroxysmo, excitatio procuranda, ut in epilepsia. Revulsio per clysmata, frictiones, ligaturas, suppositoria, cucurbitulas, sinapismos, ptarmica.

Resina succini.

Discutientia foris intus quoque adhibenda, suffitus ex succino, galbano, castoreo &c. Balsama odorata. Linguae et palati illitus.

Extra paroxysmum: accedendum ad divertentia, propulsiva, vacuantia universalia et particularia: et roborantia.

...ch Cephalica c. Opobals. Carina.
...l. Echinobalsamj Barbarinj.

...anda Emetica si ventriculj
... per Sympathiam elicit effectus.

...v (busa.
...Jonicus.
...fis.
...lil. gradle.
...rantj Sum.
Eff. amboe.
Castorej.

V. Schalij anim. adv. lib. VI. §. 66. c.
not. R. Schalij de vrij; nisi à cibo
apoplexia & Meningitidis Oratij Rocch.

Extremitatis Spectabilis ...o Lauri,
Spicej, Cotta. Hyppic. & Scarlatt. Fel. Dexter

Justinj. Regulentium in Gal: ...
Gal: in multis ...
re multo magis. Generis Asthmatis
& Symptomatum gentium Asthmatis,
nec & Empiricis curationes, quae ipse
Forsan desiderabuntur.

Schr. Spec. Med. P. part. IV. Sect. I.
c. XIIX. usq. VIII. de exercitio vesper
meridiano, & balneo Calidiore.

Aq. d. ...efrig. Laurin. portulac. acetos...
Succ. endiv. Sero Capritic.
Syr. Viol. frag. acetos. Cichor...
cichorior. Jul. acet. Syr. rosar...
Syr. Cort. pulp. Cit. Nymph...
acetosell.
Cort. aur. c. Gummi Tragacanth. & Bolo
Armen.
Diaphoretic. Sero Sudorifero
Cinnab. Cort. exterior Cydon...
mic. c. rhapontic. p. aeq.
Syr. glycyrrhiz.

plicentur cruribus, brachiis, lumbis, ſcapulis; non vero poſteriori thoracis parti. Poſtea per generalia & topica materia à capite derivetur & vacuetur. Vomitoria tamen fugienda: # quia ſuffocationis facerent periculum. Purgantia fortia ingerantur; ut pil. ſolutæ ſi deglutire poſſit 2. cerebrum roboretur. Si à cauſa ſecunda V. S. opus vel cucurb. ſcarif. diverſione item, vacuatione, roboratione.

QVÆSTIO: An repellentia ſint ex vſu? Gal. eis utitur. Neg. *Foreſtus*: Quia morbus hic celerrimè ad ſtatum properat: quia nulla eſt fluxio. *Senn.* diſt. in apoplexia à cauſa tertia ait convenire.

APPETENTIA canina. Bulimus.

ARDOR VENTRICVLI. Cauſa vapor acris è bile flava, porracea, æruginoſa, è cibo corrupto, acri, caſeo putri, porro, * è dulcibus pinguibus elevatus. Vel ſi bilis veſiculam ſuam & ventriculi tunicas flavo colore tingit, & tum diuturnus eſt affectus; vel ſi ob ſtudia corpus inflectatur & ſic ventriculus è veſica bilem exprimat.

CVRATIO. Tollatur cauſa. Sedetur ardor per generalia & Topica refrig. item acida, imprimis illa quæ humorem præcipitant: ut creta alba, nux moſchata, bolus armenus, oculi cancri. C. C. Lap. Carpionum, grana thuris. marg. præp. Corall. præp. Vt

℞ *nuc. moſchat.* ʒ j *Cretæ* ʒ ij *ſacch.* ʒ iij *f. pulvis, doſis* ʒ ß *vel* ʒ j.

ARQVATVS niger. Icterus niger.

ARTERIA aperta. Hæmorrhagia vulnerum.

In ARTERIAM asperam illapsa. Obstructio.

ARTHRITIS est dolor vel tumor cum dolore articulorum ab humore seroso, acri, qui partim distensione, partim acrimonia, membraneas partes vellicat, easque dolore afficit.

CAVSA: Humor serosus, acris, salsus, Tartareus, ut è dolore, tophis, & ineptitudine ad suppurationem colligitur. Iecoris, & lienis calor & siccitas, diæta, dispositio arthritica. Licet enim eadem fuerit temperantia victus, hic fiet arthriticus, ille neutiquam. Suppressio urinæ & sudoris quæ semper fere paroxysmum præcedit. *Pareus l.17.* malignam statuit materiam; quia dolores acriores sunt quam in exulcerato cancro; quia remediis appositis sæpissimè exacerbatur. Gal. theriacam præscribit.

S. *Progn.* Arthritis à multis morbis præservat. *aph.49. s.6.* Tumor, varices apparentes boni. Si non revertatur lethalis. qui alvum habent siccam, in iis curari nequit. Tollitur vel resolutione, vel in ichorem & saniem mutatur, vel in tophum, vel ad partes principes fertur. *Laur.* suppurari aliquando ait, si per vincula in partes carnosas exprimatur humor.

CY-

Ardor Urinæ.
Cæ: acrimonia ejus. cujus iterum cæ varie
ext. et int. curatio per alimenta:
et per medicamenta: Potus hordeacei. Julapia.
Emulsiones. Serum lactis. Elita ex Cons. Viol. malv. &c. c. troch. alkek

Balnea fol. Vitis, et rapar.

Arteriæ asperæ aspitas nimia.
Cæ externæ, flatus aquilonares, pulv.
fumus, acida, salsa, acria, acer-
ba, vina inutilia.
Internæ, catarrhi salsi, humores
maligni, vocis intensio.
Curatio per lenientia, levigantia,
emplastica sine morsu.
Sanct. Cant. penid. Cremor hordei.
Butyracea. Mucagines. Emulsi.
Sem. frigid. Syr. Viol. jujub.
altheæ, papav. glycyrrhiz.
Troch. bechic. alb. nigri.
Tab. Diatragacanth. Glycyr-
rhiza cocta. Ol. amygd. d. rec.
ol. viol. rec.

Ἐνεστιστικός. Partis mandantis
ὤσεις, et recipientis ἕξεις.
Imbecillitas articulorum, e ca sine
qua nos. commoventes.
Cæ externæ: aer frigidus, Boreas:
calidus item: et citi calidiores ac
potus attenuantes: anastomotica ori:
animi pathemata, inprimis via,
et gestatio: Cæ externæ gurantes:
Crapula et ingluvies, potus
vini generosioris immodicus, citi
salsi acres.
Cæ articulos debilitantes Quinque
Vinum, Venus, ingluvies, et ignavia.

Causa proxima, Ois acrimonia
sive [illegible] sicitas salsa:
Auctori rationis Scritanicæ.

Arthritis vaga, Anglis Nanning dicta:
cujus curatio + V. S.m frequentem et
hydragoga. Turpeth. + Mayerne
h. + arthrit. p. 27.

Aq. hordei Cœta Emetica.
Emuls. sem. Catapuntiæ amygdalata.

Pil. Chamæpityos.

CVRATIO. 1. Revellentia adhibeantur: ut si adsit plethora, febris, vires, V. S. imperetur in eodem latere: vel si manus sit ægra in opposito. Cucurb. scarif. hirud. fricat. ligat. 2. Vacuantia. Purgans postea detur una vice in principio citra coctionem; cum vires consistunt per paulo fortiora. Durante purgatione pes vel pars affecta altius locetur, vel defensive præmuniatur. Vomitoria utilissima. Post sudorifera imprimis, & diuretica frigidiora, imprimis C C. radix bardanæ. 3. Topica anodyna. *For.* miraculi instar laudat Lenticul. palustr. & fl. Chamæm. in jaste coct. cum far. hord. *Spiegelius* aqu. stillè rad. fl. ulmariæ, pinguia noxia. Imo ad narcotica sæpe accedendum. Vide *aph.* 25. *s.* 5. Primo sint resolv. & modice repellentia è plantag. aq. sperm. ranar. semper vivo, portul. ros. cum moderate resolv. sub quavis forma. Repellentia autem sint frigida & humida. Resolventia sunt aq. fl. fol. verbasci, lumbric. terr. decoct. artemis. rad. in aqua marina vel salsa. *Spiegelius* commendat urinam humanam veterem. Sal urinæ. Spiritus salis aq. ulmariæ temperatus & parti dolenti penna illitus. Liquor solutorum limacum in vase cupreo cum sale, vel incoq. aceto & ol. ros. suffumigia resolventia prosunt: præstat fimus columbinus in aceto coctus, urtica in vino cocta.

Tophi curantur mollientibus cataplasmatibus

tis è caseo veteri, suc. Tabaci & suffitibus. Caseus putris cum iure pernæ. *Scal.* addit pulv.pyritis usti. vid. *Sen.d.arthrit.* Fimus ciconiarum coctus in axungia. Schreckevos. Ischias sola resolventia & attrahentia requirit. *Vid. lit. ff.*

Si dolor sit tensivus, si pars impressi digiti vestigium non retineat, flatus cum pituita arthritidem veram mentitur. Chirurgi incauti pus subesse rati aperuerunt magno cum ægri damno. *Fab. cent.* 1. *obs.*79. *cent.* 4. *obs.* 84. podagram tortura curatam vidit.

Fallitur sæpe Medicus putans causam esse calidam. 1. si dicat calidis juvatur. E.frigida est, cum per apertionem pororum calida refrigerari queant. 2. Frigidis dolor sedatur. E. calida: quia frigida sensum tollunt, non causam. 3. Est intensus. E calida, quia frigida ob virus malignum idem possunt. 4. Color est citrinus. E. fit a℔ bile. Quia multa pituita pauciſſima bili tingitur. 5. Febris adest, urina flammea. E. quia vigiliarum & doloris ratione febris oriri potest. *Parens l.*17.Rulandus eam curavit purgat. sudorif. è rad.asari ʒ ij Centaur. min. m. ij balneo è ligno junip. ℔ j gran. junip. ℔ ß.

Præseruatio fit à diæta. Gall. gallin. capones uitentur, quia podagra laborant [ob esum arenæ.] *Senn.* Vitentur pinguia, frixa, omnia condiantur artemisia vt solet fieri, petroselino, nimium deambulare & equita-

re

te valde noxium. Pedes vinaceis expressis cal. immittantur. Quidam singulis mensibus ad pollices pedum V. secant : alij singulis mensibus ante plenilunium cucurb. non scarif. plantis pedum apponunt. Purgatio fieri potest. Vtilia sunt medic. antipodagrica quæ vid.ap. *Senn.* articuli roborantur pluribus modis.

QVÆSTIO : Quæ causa? *Fernelius* causam antecedentem extra cranium colligi vult: 1. quia nullæ venæ eo desinunt & adest capitis gravitas. 2. quia excrementum in cerebro collectum per nares & palatum expurgatur. Contra argum. *Laur. & Senn.* Sed si intra cranium colligeretur & inde deflueret per palatum , arthriditem semper præcederet nausea, vomitus, tussis. Si à corde vel epate, præcederent bubones in inguinibus & alis; ibi enim propria sunt emunctoria.

Fernelius vult non per vasa sed sub cute descendere materiam. *Neg. Laur.* 1. Quia febres in arthritidem desinunt , quarum causa in venis est. 2. Sæpe V. S. percuratur. 3. quia ante paroxysmum rubent & tument venæ. 4. faceret horrorem.

Fernelius causam vult esse pituitam. Non est sanguis : quia extravasatus putresceret & suppuraretur : non melancholia, quia in scirrhum abiret , nec subito afficeret : non bilis, quia in pus abiret ; non pituita salsa , quia exulceraret.

2. An omnis dolor articulorum sit arthritis? Neg. quia sic luxatio & dolor à lue venerea in virginibus & parituris in quibus coxæ dolent; imo etiam humor in articulis sensim generatus, esset arthritis, quod falsum est: sit enim œdematosus potius tumor, quam arthritis: sic ab exsiccatione humoris in articulis fiunt eorum dolores. *aph.* 16. *s.* 3. non tamen arthritis.

3. An tempore doloris purgandum? N. *Crato ep* 167. negat quoque cauteria in pedibus convenire, quod partem affectam vacuare non liceat: vnde *Erastus* lepram male sudoriferis curari, *Crato* dysenteriam per clysteres asserit. Sed erroris plenam vocat sententiam. *Pareus l.* 17. *Hollerius.*

ARTHRITIS vaga Scorbutica est dolor variarum partium.

CAVSA: est omnium humorum ichor tenuis, turgidus, malignus. Pars affecta: nervosum genus: quia in dorso & lumbis ob substratam medullam valdè luxuriatur; quia fac. nutricis actio læditur: quia nervosis curatur.

Species. I. Tumores circa articulos habet, qui si diu durent proferunt maculas ut in scorbuto, quæ aliquando suppuratæ in ulcus malignum vertuntur: inprimis circa pedes è quibus vermiculi instar Cantharidum proferuntur. Interdum tota materia in vnam aliquam partem decumbit: Vnde corpus totum

Vinum mastichatum pro potu.

Thermae ferinae.
Helveticae.
Moguntinae Vistadenses.
παρόπτησις Coelij Aurelianj. l. tard. l.
vehemens nimis remedium. Gloss. Dodon. l. Pr. VI.

Vomitus parvus ab arthritide, semel
aut bis in anno. D. St. Jacques.

v Hybrida Speculobolaris.

tum dolore liberatur, abſceſſus excitatur, qui in fiſtulam deſinit.

II. Abſque tumore; hæc ſæpe maciem infert cum impotentia articulorum.

S. diagn. Vagi & atroces dolores in omnibus partibus potiſſimum dorſo & lumbis: primum unam ſolet invadere partem; deinde celeri diſcurſu vicinas quoque occupat: alvus in pluribus eſt adſtrictior, urina fanorum ſimilis, niſi quod interdum vermiculi inſtar eorum qui è caſeis putridis oriuntur in fundo matulæ innatare & alvi excrementis miſceri videantur, alij bene appetunt, alij non. *Progn.* Curatio ſæpe ad ſeptimanas extenditur.

CURATIO. Empirica ſunt: Lumbrici terr. variis modis præpar. alij talpæ vivæ combuſtæ cinerem cum vino, luna decreſcente, exhibent. Dogmatica.

℞. *pulv. Sen.* ʒ ij *infunde per horas* XII. *in aq. beton.* ℥ jv *forti expreſſ. add. diacarthami* ℥ ß *m.*

℞. *Rad ſucciſa* ℥ j *ariſtol. rot.* ʒ iij *ſalv. beton. ana m.* I. *abrotan. rut. vinc. perv. ſabin. an. p.* I. *coq in aqua ſimpl. cum huius decocti* ℥ iv *pro doſi trajiciantur per colum lumbrici terr. ter vino loti & triti n.v. dein miſce theriacæ* ʒ ß *pulv. Cinam.* ∋ j *ſacch q ſ ſorb & ſuda. repetatur per dies aliquot continuos.*

Abſceſſus rumpitur plantag. & ſale in mortario tuſis impoſitis. Rupto abſceſſui alij cataplaſ. è rad. ſigilli Salom. cum cereuiſia applicant, cum rad. fil. quer. Alij aſpergunt pulverem talpæ. H. de Bra.

ARTICVLORVM vulnus. Vulnus articulorum.

ASTHMA eſt læſa reſpiratio ſine febre // cum ſonitu & reſpirationis frequentia ex bronchiorum anguſtia. Si ſumatur proprie, affectus eſt contumax & diuturnus.

CAVSA Vſus auctus ob bronchiorum anguſtiam. obſtructio ab humoris copia, craſſitie, calculo, grandine. Tranſmittitur autem illa materia raro à capite, ſæpe ſenſim colligitur: ſæpiſſime tranſmittitur per venam arterioſam & arteriam venoſam. Si enim ſæpius à capite flueret, tuſſis adeſſet: quia aſthmatici plerumque ſunt cachectici, pedeſque eis intumeſcunt, quia abſque expectoratione ſæpè ceſſat: quia ſuppreſſis hæmorrhoid. ſæpè fit. conſtipatio à tuberculo, tumore. compreſſio. ſubſidentia. coaleſcentia. conſtrictio. à flatibus craſſis ex utero elevatis.

Quicquid reſpirationis inſtrumentis moleſtum eſt, ſi facile excuti poſſit tuſſim facit: ſi difficulter non tuſſim ſed aſthma. Vires enim excuſſioni non ſufficiunt; ſi difficillime, orthopnœa fit; ſi non excuti poſſit, Catarrhus ſuffocativus.

S. diagn.

Atrophia. Vid. Macr: d: Hectica.

Iunipi lumbricatus.
Lumbric. terr. ✱ratus saponatus
Capsuratus c. Opio et Croco.

Gradus q. ejusd. est Dyspnoea, et Orthopnoea. vett. confusa bene advertit Jul. Guastavinus II. Select. loc. Med. c. VI. non tamen ap. Celsum apte distinguebat.

Cum ejus saepe defluxio capitis, et καπνοδοχεῖον corporis, cucurbitae simile vapores trahenti ap. Hippocr. Interdum, nec raro, sympathia ventriculi saburra repleti et diaphragmate compresso.

Spirifugum et Antelitus Bern. Gordonii. IV. R. IX.

De Orthopnoea sicca et Spirifugo Bern. Gordonii vid. omnino Guil. Ballonii tom. III. Consil. sive Epidem. et ephem. p. 198.

℞. Talamonti Lobi affis. M. Barn
Holtzii Diatrib. singular. §. III.
de Distinctione & Causis Gibba
rum Bassani Lanzi Lect. Ac.
Nat. Georgica cum Tabula Fi
guris Incisa: Lib. Cent. II.
Consilior. Cyclor. XCVI.
℞. Marcelli Malpighii nova
recta, de Vesicalis & Faecalis pul
monum: D. Valsalvae de aure humana
disquisitio ad. M. Bartholini
M. Instit. anat. c. IX.

Eph. Lelekovij cornedo Holtzmij.
Medica initia nocivamque ergo
Sanat.
Cassia Rabenhorst.

Ephem. Vale D. Phil. Millerij D. Hofm.
Medicae Cardiacae.
Emily. Comitis Hispan. c. de Marsch
Alberti.
Instit. Fe. Comitis de Federic. tert. &
Papav. ch. c. Seab. Cantio.
Syn. ex ipsi. D. A. Jacq.
Tisana diuretica ex Ouoride, Hey
jungiell. c. Fe Chij & Talb.
℞.

S. *diagn.* Si à cauſa craſſa, ſenſim genita, ſenſim fit aſthma eſtque continuum. Si affluit, exacerbatur per intervalla, vt tempore autumnali, hyberno & noctu. Si à cerebro, ſigna catharri adſunt. † Si ab epate, adeſt tumor pedum & cachexia. Si humor craſſus obſtructionem faciat bronchiorum, tuſſis adeſt cum ſonitu; ſenſim gignitur, Catarrhus abeſt, ſanus eſt æger. Si pituita in pulmone hæreat, adeſt tuſſis & ſonitus & raro quid expectoratur & malum pertinacius & diutius hominem enecat.

Si à ſiccitate pulmonis (ſic vidit Heurnius pulmones ita aridos ut aridum pomum retulerint.) ſputum deficit, macies adeſt totius. *Progn.* Infantes ſuffocat, ſenes non curantur *aph.* 40. *ſ.* 2. juvenes difficulter. Periculoſum eſt in febre acuta.

Mutatur aliquando in peripneumoniam, hydropem, cachexiam.

CVRATIO. In ipſo paroxyſmo cauſa eſt revellenda per frictiones, ligat. Cucurb. Clyſter. V. S. ſi vires valeant, adſint indicantia, ſi humor tenuis purgant. Topica mollientia, reſolventia. Quando ultra quartum diem extenditur paroxyſmus, veſicatoria in dorſo è regione pulmonis applicentur.

Extra paroxyſmum, materia evacuanda præparata, poſtea expectorantia dentur, pectus ungatur. Si à catarrho, cerebrum vacuetur. Catarrhus ſuſpendatur. Vſus ther-

cæ veteris eximius est, ut & diacalaminthæ, vini adusti enulati. post siccetur materia decoct. guajaci." Victus sit attenuans: potus vinum tenue, melicratum, Motus ante cibum non subitus, non vehemens. Sic enim multi sunt suffocati.

AVRIGO. Icterus, flavus.

AVRIS obstructio. Obstructio meatus auditorij.

AVRIS vlcus. Vlcus auris.

AVRIS vulnus. Vulnus auris.

AVRIVM humiditas infantium. Infantium humiditas aurium.

AVRIVM tinnitus. Tinnitus aurium.

BRONCHOCELE. Hernia guttu-ralis.

BVBO tumor est vel inflammatio glandularum in inguinibus, sub axillis, auribus. Phyma, Phygethlon parum differunt à bubone.

CAVSA. Sanguis vitiosus, crisis, febris.

S. *progn.* Si non fuerint maligni, periculosi non sunt. Si tarde suppurentur & diu durent, fistulam fere faciunt. Sub axillis citius maturantur, tardius sub inguinibus, tardissime parotides.

CVRATIO per generalia. Sic V. S. utilis est cum cessavit fluxio. Catharsis in principio & fine. Topica nunquam sint repellentia sed attrahentia & resolventia, vt cucurb. fermentum, resina, diachyl. cum gumm. satius

Euphr.
L.
Ephr. rad. Jacob.
V. Mandrag.

Tr. Troj. c. ℞ d. Nucleario.
Arcanissimum Echinophoreon.
Cassia Rafenensata.

Fr. Bezoard.
Stimulo balsamico, Regulino, ℥ Oculi
℥ Oculi, ex vin. Selen.
Unicum Diaphoreticorum ex V. Saturni.
Lilij a Fonte.

Jacrassantia d. Hungaria ij catarrho
femij: attenuantia, obstruentia
fij, à lento crassos, lenta. ℞
Evacuantia partialia Cephalica, errhina,
apophlegmatismij, sternutatoria.
Berne, Turcicum, Londinense, Aquense, Bal
lerucense. Balneum Diuretum. Spelunca S. Helenæ.

Aurium dolor: otalgia.
Ca erysipelas: Vesicæ frigidæ V. frigida,
vijcida, ustiva: acria, mordacia.
Inflamm, tpa flatulenta membranæ
duræ, phlegmone, sinus in aliena.
Sanies, Vermes, pulvera. Salivatio.
Dicta L. Crudelis c. Salivatio.

Aurium vermes.
Generalia.
Antihelmintica, amara, acria.
ex ℔ Cephal, Absinth, ℥ss, Tanacet.
Tostrix in ol. ℔ Euphorb.

Aurium hypersarcosis i meatu.
Chirurgica postulat, quæ
℔ imperforatio.

Aurium Ulcera. Vid. Chirurgica.

℞ ℔ Fumar c. Rad. Althææ.
Lilij. Verbasci Diapleuritica antiphthisica.

Lacc. Serpentaria Dioscor.
Dr. Antonij.
Cassuria Solenicalata.
Lignum Aphrodisij Jupiter.
Turbith Nigrum ℥ Pulv.
Grajacij
Mag. Salomonis Selenitis.
Emily. Fol. Sempervivi c. ℞. Jec.
Martij
Vinum Hazardij.
Stibiata Lotio d. Rad. Imperat.
Hazardij, ex Tinct. Butyri Lilij
Valerij Cent. II. Confil. 47.
Conf. Ros.
Facultas Antimonij Paracelsi.
Vitelli Emplastr.
Ung. Malvatici Crocati.
Hydromeli medicati.
Vinum mysentericum.
Pastilli angelicati.
Pyr: d. Lonicerij Horatij.

Ol. Scordij tartarei, ℔ ij. Euphorbiæ
Cancri ana ℥ss reficiant. Meconiata
Symphonici Angelici Anodyna.
Purgantia, Aloetica. Diaphoretica, Epispastica.
Antihelmintica: Balsamica.
Ol. Hofmanni exp.
Ol. Pimpinellæ Crocatum.
Cimbricum optimum.

℞ Fol. persici
Juniperi.

Curae: fere eadem Apoplexiæ,
vulgo dictæ. Ab ea vero dis-
jungenda.

Interna.

Externa.
Epicarpia et Pulegij.

Cardialgia. καρδιακὴ. καρδιωγμὸς.
περιωδυνία ventriculi.

Cae Externae: aër frigidus, maxime in macilentis, et à sudore.
∇ frigidae potus largior: et natura in eadem, oleum et fructum esus, ad tenta refrigerantia. Victus acrior, acidus. Cathartica validiora. Venena, Cathaeretica, Caustica.
Internae: Flatus distendentes. Humores acres, in ventriculo geniti, vel adfluentes ab aliis partibus. Ulcera, vulnera, Tumores. Viscera incumbentis pondus.

vermes. vid. JVRumleri obs. LXXIX
esus Cinarae malignae Episagm. nr.
obs. XXXIIX.

Curatio: per anodyna, urgenti symptomati debita: et per ea ablationem, quae varia.
Removendae a. externae: intempies aëris corrigendae: flatus discutiendi: Hum. expurgandi per vomitus et deiectionem: venena alexipharmacis debellanda: vulnera Ulc. Tum. propriis curationibus indigent.

Vid. Stomachica Cal. et ἄφυβα, s. carminantia dicta in nostra Med. J. J. à Brunn.
Composita a. in Enchir.
Pr. Seb. in Ms.

∇ Ciaq. c. vin. d.
Elix. pp. P.
vitae M.
∇ foenic.
absinth.
Juniper.
Syr. menthae.
Card. bndcti.
Spec. arom.
Ther.ca Mithridat.
Cort. aurant. gdit.
Calam. arom. gdit.
Extr. ejusd.
galangae.
Croci.
Zedoär.
Ol. N M. et Macis exp.
Ol. Distata arom.
Vin. arom.

Narcotica cautissime danda.
Laudanum opiatum.
Philonia.

Externa: Olea et Empla.
vid. Suo to.

ſatius eſt ſi procuretur ſuppuratio, reſoluti enim cito redeunt. ſuppuratio aperiatur, ſolidetur. Curatio bubonis venerei eadem eſt, niſi quod ipſa lues etiam curanda. Curatio peſtilentialis bubonis. Tumor ante omnia ſcarificetur: ſic enim virus vacuatur, humores ob dolorem attrahuntur, vel veſicatorium imponatur poſt attrahentia, ut Ammoniac. rad. lil. ſcabioſ. cœpa theriaca repleta coćta, pulli gallinacei, columbini, circa anum deplumati, catuli diſſećti: poſtea maturantia apponantur, tum digeſtiva: ulcus tamen ſtudioſe apertum ſervetur. Si gangræna minetur, ei occurrendum. vid. *Senn. l. 4. c. 6. d. peſt. l. 6. p. 4. c. 23. l. 5. p. 1. c. 6. Laur. de Lue ven. Pareus l* 21. & 18.

BVBONOCELE. Hernia inguinalis.

BVLIMIA eſt appetitus auctus, ſed non continuus cum lipothymia & virium dejectione. Appetentia canina ſemper eſt cum vomitu, vt in canibus, vel diarrhæa.

CAVSA ſuctio in orificio ventriculi. Humor mel. acris, acidus, alimenti defectus quia calor id abſumit, ob vermes, longus detergentium vſus, ut ficuum, gari, quod in ſeipſo expertus eſt Rondeletius. Sæpe fit ex utero.

Cauſa Bulimi eſt frigus ventriculi. Sed quomodo? non eſt credibile vellicare hum. pituitoſum, exprimere, conſtringere: quia in vivo actuale frigus non datur. Platerus à

contractione caloris à frigore ambiente fieri statuit, vnde hieme plus edimus. Senn. etiam putat frigus ambiens orificium ventriculi vellicare. Sed an semper hieme accidit hic affectus?

S. *diagn.* Appetentiæ caninæ: si fit ab humore acido, ructus fiunt acidi. Si à defectu alimenti ægri emaciantur. Si à frigore hyelus est. *Progn.* Facilè in vomitum diuturnum, cæliacam, Hydropem transit. Fames magna post morbos recidivam minatur. In morbis chronicis quartana, quotidiana, hydrope lethalis.

CVRATIO appetentiæ caninæ: Causa vacuetur potissimum per vomitum. Dentur cibi famem compescentes, pingues, lenti, caro bubula, porcina, cerebrum animalium, amylum recens. Parcè tamen sumantur. Alterantia commodiss. sunt vinum, sp. vini, vinum salviatum, theriaca, mithrid. Vacuans est hiera. post robora.

CVRATIO Bulimi. In ipso paroxysmo fit si excitetur à syncope. Extra paroxysmum non statim cibetur, sed recollectis planè viribus. Post curatur ut appetentia canina.

CACHEXIA Intemperies est corporis frigida & humida cum symptomate coloris mutati & morbo magnit. ob tumorem pedum.

CAVSA Sanguis serosus, pituitosus crudus. Vitium hepatis, lienis, ventriculi, cerebri,

Balbutiis.

Melancholicum humorem eam ponit auctor
Anat. vivor. in lienosis.

Vfrigida ap. Hippocr. VI. Epid. s. IV. vorax.
Calor etiam per ἀντιπερίστασιν auct.
Rectius fermentum ventriculare
nimium accescens, aut copiosius, aut
depravatum.

Saccharum Cretatum Corallatum.

εὔχυμοι, εὔπεπτοι, πολύτροφοι.

Vinum salviatum.
θωρήξες. Vid. not. nostras in Hippocr.
II. aphor. XXI.
Exterius: Fomenta calefacientia

Ess. Melissae. Ol. Macis d.
Sa. Ciaoj. gran. Juniperi.

[Adiaphoreticum Corallatum c. Elaeosaccharo Ciaoj. Trid. Deckerij expertum.]

Si a vermibus, Helminthoctona
dentur, et purgantia misceantur.
Hiera picra: expunto Ali. trall.

Est vitiosus corporis habitus tum
εὐεξία oppositus. Celso. III. vr.
tabis spes: media inter ἀτροφίαν
καὶ φθίσιν.
Diff. πρωτογενής: vel ὑστρο-
γενής, quae alios adfectus sequitur.
Particularis, certae partis, vel
universalis, totius, ventriculi et
hepatis et lienis praecipue culpa,
quae tria partem adfectam constituunt.

#Jmod: ca et vacuas, mec sis,
Sponte vt arte facta.
Humores p.n. ; viscerib; collect:
Sinch: intemper.

Syr. Domestic Rosarum.

Eid. Magic Butyr. Lolij.

#obstruct: aperiendę: Intemperies
alterandę: cacochymia purgandę
Suppress vacuandę excitandę.

Roborantia tonicap viscerib;
oris restituentia, post pur-
gantia, mucp omittenda.

Gnay alacrum gdum Jo. Terrentij.
Hyelcym aureum Jo. Hiemanij.

Det Li. S. phi Fisch c. Cichoraceis,
aphthis et hydrop.
Det ad. Sinens. et Saffaras, Butyr
Silvatic.

Mtra crassa, terrena,
viscosa: varia ḡ partiū
varietate, ḡ ffs repit.

#Suis sucy petrific: aut, vt Cs
ffs Gorgonej G. Carleton.
Diff. varię à figura, colore,
magnitu, numero, to, et ffitū
tig modo.

febri, renum ulcus, ob quod ſerum regurgitans ſanguinem infecit, menſium ſuppreſſio, voracitas & ingluvies nimia. * *

S. *diagn.* Color pallidus, plumbeus, tumor mollis circa oculos, genas, pedes, manus. *Progn.* Sæpe pueros affligit ob voracitatem, ſenes, mulieres. Curationem recipit niſi fiat à morbo incurabili.

CVRATIO Materia vitioſa vacuanda. Cauſa tollenda. Intemperies tollenda per generalia topica. # Vtilis eſt pulvis cachecticus dictus vel alius pulvis è limat. chalybis, vinum chalybeatum. *Senn. l. 3. p. 6. ſ. 2. c. 2. For. l. 9.*

CADAVER an à fulmine tactum. Renuntiatio.

CADAVERIS ſuffocati ſigna. Renuntiatio.

CADAVER ſubmerſum. Renuntiatio.

CADAVER vulneratum Renunciatio.

CALCVLVS RENVM.

CAVSA Tartarus. [~~Calculoſa & arenoſa renum diſpoſitio, cum Fernelio,~~ renum ſiccitas, cum Platero calor.] Item venus, exercitium mox à paſtu, cibus, aer, potus, coctio læſa.

S. *diagn.* Mictio ardens & laborioſa, urina mucoſa, alvus impedita. *Fab. obſ. 63. c. 1.* doloris in glande ſenſus *obſ. 66. c. 1.* ſtupor cruris lat. affecti, vel quia muſculus ploas comprimitur vel nervus ejus, nauſea, vomi-

tus ob nervum sextæ conjugationis. Distinguitur à dolore colico. 1. quod in colica dolor est acutissimus, quod dolor supra renes extendatur. 2. Colicus dolor mobilis est, calculi fixus. 3. in Colica potius alvus, in nephritide urina supprimitur. 4. dolor nephriticus ob ureteres descendit sæpe ad testiculos; in colica non item. 5. Colica in sinistro latere plerumque exacerbatur ob coli ibidem angustiam.

CVRATIO. In paroxysmo injiciatur clyster molliens, vacuans, vel talis potus, vel bolus &c. exhibeatur. 2. Si plethora sit in toto, V. S. adhibeatur in cubito, si ad partem affectam affluxerit, in malleolo. 3. omni ingenio molliendum per interna, externa, ut cataplasm. è fol. parietar. malv. tritis, coctis, cum mucilag. sem. lini, fœnugr. alth. balneum, semicupium è rebus mollientibus. Interna sunt sirupus de althæa. *Fern.* Item Foresti illud valde probatum.

℞. *Sem. malv. alth. ana* ʒ iij *cicer. rubr.* ʒ iij *Sem.* 4. *frig. mai. ana* ʒ ij *hordei mundi* ℥ ij, *Caric. ping. n.* IX. *feb. n.* VII. *glycyr. rasp.* ʒ v. *Coq. in* ℔ iv *aq. f. ad* ℔ ij

Crato cancros in lacte coctos applicat, lac cum mica panis. vel

℞. *fuc. portul. inspiss.* ʒ j *gumm. Arab.* ʒ ß. *f. pil.*

Sic laxatis viis ægro in balneo sedenti exhibeantur

Cacochymia. Nos differt à Cachexia
nisi gradu, eodem iccirco modo curanda.

Aq. phlegmagoga coerulea J. S. Elsholtij.
[ex radd. Saxifragae pimpinell. coeru

La Colique gravelleuse: Gallis dicta
Nephritis arenaria s. Colica ne-
phritica.]

Passulae Lincostidatae.
Cassia Caucalidis so. juncta.
Terebinthina Sabucata et Lappata.

" flatus discutiens et abstergens: pro vicinis Colon astigum, ideoque
mediocri gutte
Dolor Urgens anodynis demulcendus,
aut etiam Narcoticis obtundendus.
Laudanum Par.
Philonium Pers. et Rom.
Laudanum Urinarium D. Michaelis Lips.
Lenientibus: vel ex solis rapis dulcibus.
Catapl. ex parietaria coct. add. ol. amygdal. d. et Scorp. s.
add. etiam radd. petroselini
Fomenta humida in sacculis, vel vesica, vel cispongijs adhibita.

Et paliuri bambaciatus, Sim. Paulin.
Vinum Chamaecissi: et Infus. ejus in ☿. c. sacch. Cantio.
Ol. amygdal. amar. distillatum. Scorpiolenum amygdalinum.
Balsam. Copayvae: Barbette.
Sol. glacij Paradis. c. ☿ Ois. Jd.
Et Malvatici Terebinthinae Argentinensis comp. ejus.
☿ Ris c. ☿ Rhen. dulcificatus.
Tinct. Cochenilie Jud.
☿ Tr. Geophyllici.
Oenochylisma Hypici.
Fa. Juniperi.
Succini alb.
Mag. Cc.
Cissochylisma.
Extr. bacc. lauri.
Mag. et sol. Lap. Nephritici.
Ess. et Extr. Cortic. fraxini.
☿ Rtij albi Basilij Valentini.
Parabra miliacea cum Scorpiocrypho.
Detur Galli vetuli in granis poporalli.

Orbis Limonata c. tri. rectis. Palmarum, Palmarum.
Basilissomeli auctarium Prenestinum.
Phagorum c. St Hermiani. J. Balsamum.
Mag. pelargolithorum.
Polychrestum compositum universale.
Domicilium Fagus Alta Oak.
Vfl. Caryophyll. fil.
H. Nolimetangere.
Saxifragia.
Crepitus.
Hominum.
Hederatum.
Fra. + alts. Femelij.
Nephrocatharticum Jalappa.
Vfagorum.
Ferula.
Juniperi.
Justus. Sed. tem. & vfaenic.
Trans: + c. Ebusinum.

Ofagum c. Vfnicell. et Hyr. alb.
Vil. Simpl. aq. J. J. à Brun. Scamp.
& Enchir. Fr. Mel. Sch. J.
Stoechas fil. S. lapidea dicta. Lepta
mel. Anesilaus.
Sts L. fragum c. Sem. Vid. St. Gyb
Sem. lapp. major. Hyoscyamus. Al.
Vparis domestica genista ca. Al.
Ofilicum. Ofilix. fabar.
Crystalli.
Androgynolithi.
Oak & Vparis c. tri. alb.
Rob Grossul.
Sts Leopodij & tri.
L: Nephritici.

Sig. à subito, figura, colore, magnitudine, numero, situ, alijs liberis, alijs vesicæ affixis & stabilis.
Ca. Clavis rerum, salis, femelis Summa efficiens Septentrionalis, sex Systolicus, Vena.
Signa calculi liberi: vaga, & obscura linea subexistentibus, sistentia & sui grandior, gravitas cum sonoris in cumbentibus: assidua mictio, & incerta, non ostensa: stillicidij, & vbi vena & non Vena

hibeantur diuretica ut calculus moueatur. Crato ſeq ſæpe uſus eſt.

℞ *alth.* 3 ij *paſſul mai. exacinat* 3 iij. *Veron. hed. terr. ana p.* 1. *Coq & detur hauſtus.*

Vel aliud è Terebinth. &c. Si fruſtra, calculum frangentia exhibe; ut ſangu. hirci vel caprill. Calidus extra applicatur. Item ol. ſcorpionum. Æger ſuccuſſatorem aſcendat atque eo duo milliaria conficiat vel gradus plures pluries adſcendat ad laſſitudinem, ſumto diuretico vel oleo amygdal. Frictiones ſuperne deorſum fiant. Cucurbita ſicca renibus applicetur; deinde paulo inferius & rurſum alia atque alia oblique ad inguina vſque. Sed dolore ſummo urgente eis non eſt utendum. Hoc tamdiu faciendum donec calculus in veſicam delabatur. *Pareus l.*16. *For. l.*14.

CALCVLVS Veſicæ. Calculo veſicam intrante miteſcit dolor. Tum igitur ſi vires ferant, equitare ægrum vel pedibus iter conficere oportet: præterea liberaliter potare, à potu quam maxime poteſt urinam cohibere, ut aucta urinæ copia ſimul calculus excludatur: interim extra & intra diuretica applicentur. Cum urethram ingreſſus eſt cavendum ne remeet, ſed digitis ad extremam glandem deducatur lubricata via: ſi in glande reſtitet uncinis evellatur: ſi fruſtra terebello fiſtula ſua incluſo teratur. At ſi lon-

gius à glande reſtitet nec ulla arte queat exi-
mi, tum à latere recta plaga penis eſt inci-
dendus, non ſupra, ob vaſa, nec infra : eſt
enim pars membranea. filo interim ſtringen-
da eſt urethra ne remeet & præputium quam
maxime eſt trahendum, ut totam glandem
tegat. Facta inciſione, exemto calculo, cu-
tis remittenda, ut inciſum penem integra
cutis contegat : ſic enim unio erit facilior.
Vltimum remedium eſt lithotomia, vid.
Senn. chirurg. *Para. l.* 16. extrema ſunt nar-
cotica ſed caute exhibita. Crato ep. 121. ma-
ximos dolores curavit diſcuſſis flatibus per
clyſterem ; aucto calore viſcerum. Sic um-
bilicum inungit oleo de Terebinth. junip.
nuc. moſch. Ventriculum ſolo oleo nucis
moſchatæ : per os exhibet decoctum Vero-
nicæ cum vino, vel decoctum raparum cum
ſaccharo candido, butyro vel oleo amygd. Sed
detrahendus illis eſt cortex & primæ coctu-
ræ aqua abjicienda. Inungit aq. alb. ovorum.

Fernelius omnem calculum veſicæ è reni-
bus veniſſe ait ; quia omnia mucoſa è veſica
per urinam vacuantur : unde omnem calcu-
lum veſicæ ſi frangatur cortex, nucleum ſem-
per continere tanquam indumentum. Cine-
ritij eſt coloris & ſcabroſus. *Fab. Cent.* 4.
*obſ.*5. vid. *Hiſt. Guilh. Laurembergij*, qui cal-
culum veſicæ medicam. curavit apud *Senn.*
*l.*3. *p.*8. *ſ.* 1. *c.*2. aquæ per catheterem immiſ-
ſæ in veſica lapidem frangere poſſunt : licet-

que

Dieta ad προφύλαξιν utilis, nec ad θεραπείαν.

Lapp. nec possunt indumentis fundi, aut metalla: sed possunt frangi et solvi lithontripticis, si nondum planè indurati. Adfixi, ἀθεράπευ, 5 oj.

Lenientia ex Cassia Terebinthinata.
Specificus Lacrimae Cypriae Hypacticus.
Quag. ex Diasebestano.
Manna c. Syr. V. ol. sol.
Diaprun. simpl.
Insessus Hydrelei, Malvacei.
Dcti Cap. Verveccini.
ex emollientibus et lithontripticis cavendi, ex pa Marsilii Cagnati ap. Ante. Chioc. + Colleg. Med. Veron. §. III. c. XVII. qa muco exasperent calculi, et dolores ingeminentur.
Injectiones anodynae ex lacte muliebri c. dcto hordei et mucag. psyllii. aut tubulo saccharato.

Infus. Flapalectrabli s. Hematopharmaci Americani.
Spis Ibicis H. Augenii.
Vitrio c. V Basilici et fumariae.
Sa. ⊙ Amelungiana c. ⊙ Juniperi.

Troglodyticae salitae. Motacillae.
Vinum asarinum.
Juscula Melanocrionis c. Spe Sirenio ppt.

Calcanei contractio:

Calvitium, vid. pili. Ede m. li
el, cyrus, f alopecia, Gmissio pi
mittendi, f mutatio mutandi.

M. Diazbel.

M. Hemiatia c. v Lamberg.
apoplectic. Card. Lem.
Terebinth.
Ai.

Vulnus l. i.
Ech. Purgatur.
epilepsia Arundi. Weitzend.
Regii morbi Hombarch.

que extra corpus humanum in lapidibus è veſica extractis periculum facere.

CANCER. Tumor eſt durus, aſper, inæqualis, rotundus, immobilis, lividus, profunde hærens venis atro humore turgentibus & in habitum ſparſis ad inſtar cancri divaricatis.

CAUSA: atra bilis. *Heurnius in aph.* 38. *ſ.* 6. duplex venenum eſſe aſſerit, unum putrefaciens quod exacerbatur ſuppurantibus, alterum erodens quod exacerbatur cathæreticis.

S. *diagn.* Tumor calidus, dolorificus, ulceratus. Vlcus eſt fætidum, ſordidum, labia ſunt tumida, craſſa, livida. *Progn aph.* 38. *ſ.* 6. per occultos non ulcerati intelliguntur. *Senn. Fab. Cent.* 3. *obſ.* 87. Nulli cancri etiam mammarum, abſciſione curantur quin recidivam faciant. Cancrum labiorum quomodo exſtirpare debeas docet *Pareus l.* 6. *c.* 29.

CVRATIO. Perfecta abſciſſione fit. Vlcerati prohibendum incrementum, non ulcerati ulceratio. Palliativa. 1. fit diæta. 2. vacuantibus & alterantibus. 3. revulſione & derivatione per fonticulum. 4. Topicis. Succus decoct. Solani, intybi, cochlearum carnes elixæ, cancri fluviatiles, ranæ virides, ol. ranarum. vid. *Sen. l.* 5. *p.* 1. *c.* 20. cineres cancrorum. *Sen.* herb. ſcabioſ. *Robert.* chæref. aneth. Caprif. pulv. ſterc. hum. *For. l.* 17. cinis verbaſci, Chelid. min. *Rob.* ol. ovorum

& cera in mort.pl.cum aqua ſolani cum piſtil. pl. mixtum. Lac afininum utile eſt & theriaca, Eriſymum tritum vel ſub forma fotus & ſanguiſug. Catell. & felium ſectorum applicatio. Gal pulv. uſtorum cancr. ol. rol. exceptum cum linteo applicat. Præſtans *Parai:* Lamina plumbea, hydrargyro obducta, quæ alexipharmacum eſt omnium ulcerum malignorum. Sed quia vapores detinet, *Foreſto* non probatur *Par l.6.* eam varie perforandam jubet. *Crato* ep. 59. Oculi cancrorum in marmore lævigati, ſumti cum juſculo vel vino plurimum poſſunt in maximis doloribus cancri.

Ægyptiacum cancroſis ulceribus lethale. *Fab. l.3. ob.* 86. Vetula curavit cancrum ſalivia dentibus maſticata appoſita. *For. l. c.*

CVRATIO Vlcerati fit per metallica. ung. de tutia, diapomphol. vel ſucc. ſolani depurat. & in mort. plumbeo piſt. pl. agitati ℥ viij tutiæ vulg. in aqua ſolani decies lotæ ʒ ij plumbi uſti & ſimiliter loti ʒ j ol. roſat. ℥ ß ſucc. ſolani q. ſ. fiat litus in mort.pl.piſt. pl. Nonnulli quotidie gallinam apponunt quam comedit cancer. *For. l c.* empl. de ceruſſa. Verè curatur vel ſectione vel uſtione vel med. adurentibus: ſi ſanguis fundatur laudabilis & ſanies, perfecta eſt curatio. vid. *Senn. l.c.* Nulla attrahentia aut digeſtiva proſunt, nec olea aut pinguia exceptis ſuccis, cera alba & ſæveo hircino. *For. l.* 28. Puſtula parva

Cambuca Paracelsi. Vid. Penis.

---

ol. L. Corni Horat. Augenij.
fruct. Pseudocraniae Matthioli.
Emplastrum grisen. ♄atum c. ♄. Sempervivi.
Lig. Verbasci.
fl. Cyani coerul. pro descensu in ☉e.
~~[illegible]~~
Lamina ☉ea: vel ☿. ~~[illegible]~~
Jo. Vehlingij.
Epipasma pyrolae.

Narium Cancer, curatur mundificantibus
et detergentibus: ijsque nihil proficiantibus, Chirurgis, pro vid. suo to.
Tincturae aloëticae. ☉ ♄ c. ▽
aristoloch. gentian. Scordij, Nicotian. Chelidoniae.
Unguentum ♄ ♄o, ♄ Nicotiana Jouberti.
Emplastrum Divinum Fernelij, Dra ♃ Rul.
♄ Minio, Rictic. Crollij.

Linimentum Opiatum Galbanatum c. ☉ ✱ j.
Butyrum ✱atum.
oo solani c. ☉ ✱ j volatili m.
Diachalcitros opiatum cum ☉ ♄ j.
Diapompholygos Filiginatum c. ☉ ✱ j vol. m.
~~[illegible]~~

à externe, vl interne:
gle, cùj crassi, mult: ♂ acres.
ste prime, stabilis: genteeder
sis adusti, bilis rebonida.
mediate, sepatis fœtus, mensthus
Suppressio, licuis imbecillitas.
Imperium sese ♄ pitor latet.
Author facile cognoscit. Equibus
rata manifesta e: febris ostima
bunta a ♂.

De curare vid. VI. apha. XXXIIX.
vera & legitima rarò sentanda, ne
aliter ♃ (sinapia^: legitima e
stis κολλύλαξις: Vnde pallia,
lia da, quæ ♄ integer ost non
st, ♃ vbcunque tuto queunt.
V. S. ♀ menstruos suppressione. ste
monstris apha.

Bals. ♄.

Cautries [cruatura]
Cæ, ut morbi magni diuturni,
ut repentina multo sanguis nervosis
ex animi passione aliqua, aut cor-
pore affe.

Curatio: si à morbo chronico tempore cum
hoc & victu potus & cibus.
si ex animi passione, sterea cum ♂
cerebri roborantibus. ♀ lubrici ♂ stimu
lis contrariis ac ♀ quæ ventri ♄ externa ♀ migrantia
sunt adsta. vid. ap. Medic. Schrift
Phys. Med. R. part. II. sect. 1. c. 3.
vid. infra. p. 198.

Capitis distorsio.

parva cancrosa circa mentum, os, nasum, tarde crescens, *Noli me tangere* vocatur; Cancer in tibiis & cruribus *lupus* vocatur. *Senn. l.c.* Sanguis commodè per intervalla aliquando mittitur. Herba card. benedicti, exhibetur commodè magisterium oculorum cancri cum aqua persicariæ. *Senn. l.4. p. 3. s. 1. c.7.* Modum sectionis vid. ibidem. Quid cavendum vide de musculo pectorali in anatomicis. Feliciſſime apponitur gallina secta per medium & quotidie renovatur. Celebre est medic. Antonij Fuchsij Itali, quod vid. *ap. Sen. l.c.* Aq. præstans *Fab.* & plura alia vid. *ap. Senn l.c.*

CANCROSVS ficus. Ficus cancrosus.

CANIS rabidi morsus. Venenum.

CAPILLI. Pili.

CAPITIS dolor. Dolor capitis.

CAPITIS dolor in febribus. Febrium symptomata.

CAPITIS hydrops. Hydrocephalus.

CARBVNCVLVS. Anthrax.

CARNEA excrescentia. Vlcus.

CARTILAGINIS xiphoidis prolapsus. Procidentia cartilaginis xiphoidis.

CARVS est somnus profundus cum sensus & motus ablatione â spiritibus impeditis. Respiratio tamen manet libera.

CAVSA. Compressio Cranij & cerebri. Sic *Fern.* vidit quendam per 3. menses Caroticum, ita vt perforationis Cranij non me-

minerit. *Foreſtus* quendam curavit qui per dies 14. fuit Caroticus. Cerebri obſtructio, refrigeratio, concuſſio, motio, turbatio ſp. animalium ab ictu, lapſu, læſio muſculi temporalis & arteriarum carotidum, vis narcotica, Vermes, Vterus, Vapor carbonum. Radij Lunares.

S. *diagn.* Somnus profundus, puncti ſentiunt, ſe contrahunt, ſi febris adſit, ſequitur acceſſiones. Differt ab apoplexia & ſyncope ut ſupra. A Catoche: quod in caro oculi ſint clauſi, nec homo manet in eo ſtatu in quo fuit prehenſus. A Lethargo; quod lethargus ſemper eſt cum febre; carotici interrogati non reſpondent.

Progn. Carus febribus ſuperueniens lethalis.

CVRATIO: Si à cauſa 1. Curatur ut depreſſio cranij. Si à 2. ut apoplexia, cephalalgia pituitoſa. Si à 3. ut commotio cerebri. Si à 4. curatur pro ratione læſionis. Si à 5. Curatur alexipharmacis, ut venena. Excitari autem debent more vulgato. V. S. non convenit. præſtantius non datur quam eſus naſturtij vel cocti vel conditi in acetario. *For.*

CATALEPSIS. ægri manent rigidi in eodem ſtatu quo prehenſi fuerunt. Interdum tamen nonnihil audiunt, vident, recordantur & poſt narrant, ſi qnid ori ingeratur deglutiunt, impulſi incedunt. Milites

in

Cancer genitalium. V.S. Penis.

Multi gloriantur se curasse apoplexiam, cum tamen Carus tutus fuerit. Haer. Capivaccius R. lib. 1. c. XIIX.

Casus s. Cupitas.

Quia cum proxima est animalis spiritus inhibitio, quo minus ad sensum organa perveniant.

Non est ἔκστασις Hippocr.

Purgantia sunt melanagoga
Eneomata acriora.
Fictiones artis.
Ligaturæ.
Aqua diaphoretica.
Embrocha, Unctiones, Cataplasmata Cephalica.

Ex hac. di' 8 dyas to malu Greek
W Cucumber Ex hac ou, Hesy 9.
Example gute d gtte eredens.
W Humor Sc. Excrementitius: flemma
fitui: ofs d Serosa: epa ofs Sa:
Citri ofs.
Ex; interne; externe. Remote; &
cæ.

in obsidione Metensi hastam in manibus tenuerunt, equites turmam sequebantur non minus quam non congelati,

CAVSA est vapor congelans, figens è mineris terræ vel humore mel. elevatus, spiritus figens non qui jam in partes influxerunt sed qui imaginationi in cerebro subserviunt. aër frigidus vero non catochen sed sphacelum & stuporem inducit.

CVRATIO. 1. Excitandi. 2. Curatur ut cephal. melanch. Acetum Topicis non misceatur: figit enim & illud. V. S. concedi potest, si adsint indicantia. *Senn. For.*

CATAPHORA. Coma.

CATARACTA. Oculi vitia.

CATARRHVS est Symptoma in excretis sive generaliter sumatur, pro quovis defluxu, sive in specie pro defluxu in pulmones.

CAVSA Fluxionis nota est. Dolor tamen non trahit sed ob debilitatem partis discutere non valet. *Laur. de Catarr.* Humores sunt res nat. non n. & p. n. cerebrum frigidum, quod sæpè calidi catarrhi causa est cum pituitâ salsa in eo colligitur, & contra.

Diff. præcipua à termino à quo. Sic à liene oriri potest vel alio modo per consensum, in quo frustra medicam. capiti pleraque applicantur. Cum febre est vel sine.

S. *diagn.* Causæ sunt propria & per Syn-

dromen collecta, ut color, ſapor, motus, calor, dolor, mollities. Partis affectæ ſeu mittentis. Si à cerebro fiat, facilè, ſæpè diu & continuo affligit. Si intermiſſiones faciat, ſi adſint alterius partis affectæ indicia, ut alvus, menſes ſuppreſſi, ab alia parte fiunt.

CVRATIO. Si fiat per conſenſum pars illa primario reſpiciatur. Revellentia non trahunt à capite ſed revellunt à parte primario affecta. Cerebrum tamen roboretur. Si fiat per Idiopathiam cerebri, & cum impetu in pectus defluat, derivantia & ſiſtentia ex uſu ſunt. Si non, Cauſa. 1. eſt vacuanda per generalia & poſtea per topica. V. S. etiam in frigido Catarrho locum habet, ſi ſepar ſit Calidum. 2. Vacuato præparato humore caput ſiccandum per interna & Topica. Calidis autem cephalicis etiam in catarrho frigido commodè miſcetur conſerva roſarum, & revellendum per ſetacea, frictiones, cucurb. Gal. emplaſtrum è columbino ſtercore rec. per tres horas ne nimis exureret, capiti raſo imponit: mire enim calefacit, ſiccat. Granum unum thuris albiſſ. hora decubitus ſumtum, ſecretum. Decoctum ligni Guajaci, ſiccantes pulv. cephalici. *Senn. l.* 1. *p.* 1. *c.* 12. *Med. Pract.* Si catarrhus ſit calidus, eccoproticum detur. V. ſecetur, præparantia, purgantia exhibeantur, Topica, ſiccantia, roborantia dentur. Si periculum ſit ſuffocationis, omni ingenio revellendum per fimum

columb.

Catarrhus, si sit ferinus, c. [illegible] [illegible], q. rheumatismi veri morbi gerit.

Ca: humor putris, si crassus; [illegible], [illegible], si tenuis.

Cur. S. M.

Hippaphodi c. Mag. Margarit. ex V papav. rhoead.

Phoenigmi in brachiis et interscapitio.

Ustio sincipitis in Coronali suspecta. Jo. Techt. Cons. 1. p. 4. eadem ad os usque in primae laminae cranii adustione nocentissima. ibid. In phthisi tamen laudata usque ad os exclusive Cons. 1. p. 7. et item damnata. Cons. LXXV. p. 345.

Totius ratio [illegible].

Quo nomine interdum [illegible] gemmat acidulae Svalbacenses. J. Dan. Horstii et Helvici Dieterici [illegible].

Humores [illegible]: expurgandi: catharticis, et particularibus apophlegmatismatis, errhinis, pharmacis, gargarismatis. #

Revellendum clysmatibus, pediluviis, frictionibus, ligaturis.

Derivandum cucurbitulis c. et s. scarificatione, ‖ setaceis, vesicatoriis, cauteriis, sinapismis, metasyncriticis.

‖ Chinae, Sarsaparill. Sassafras. c. Cephalicis: absque sudore.
6898 Rhapontici [illegible]

Sacculi et pileoli.
Embrochae Camaebalani Cephalicae.
Lotiones c. Aromatite.
Emplastrum Ferulii metasyncriticum.

Pil. Diatrion Magicae Butati Pol. Neri.

Conf. antepileptica Paracelsi et Ferdin. Imp.

Lin. D. c. [illegible] Jo. Agricolae. c. Betoärtico Oari, [illegible] et Utheriacali.

Extr. Heptaphylli anthosatum.
Ol. agarici [illegible].
Susinum imbricatum philosophicum.
Oecymochylisma Myrsiniticum.
Turbith Xylaloës Corianicum.
Manna laudani [illegible].

☿ Dr: Errhinum sine sternutatione.

[# NB. Empiricorum arcanum: Die flüsse abzuhaffen. Vid. Ephemer. curios. German. obs. XXXIV. ann. 1. p. 110 Jo. Mich. Fehrij.]

‖ in primis aurium Senertus ‖ Pr. part. 1. c. XXII.

verfolig & Stto Seng.

Mitheilung Stahl.

Rabia trochisch. Styrax.

Diacodij solidus.

Tragacanth albi Hyeuthiensis.

Fab. è fo. Violar.

Rhoeados elisa. ē. F. O.

& h. Bugloss.

Catarrhus suffocativus Apoplexia
gener. Cap. 33 Dick.

V. S. Stahl in pleuritide.

Evemata acria

Pectoris artus. Cauterisatio.

Phoenigmi. Empla metasyncritica

Balsama Nuces unctae.

Linctus pectoralis. Vapoplectici.

Extra paroxysmum: Caput purgantia

Religua, ut alias!

Expectorantia: Oxymeli scillit.

Catarrhus Suffocativus (apoplexia
gener. Cap. 33 Dick.

V. S. Stahl in pleuritide.

Evemata acria

Pectoris artus. Cauterisatio.

Phoenigmi. Empla metasyncritica

Balsama Nuces unctae.

Linctus pectoralis. Vapoplectici.

Extra paroxysmum: Caput purgantia

Religua, ut alias!

Expectorantia: Oxymeli scillit.

---

oleia distinguenda ad affe

Hippoa. Χολγεικόν γ'

ch γ' graindi. D. H. Jaquer.

Externa: Cibi praui, facile cor-
ruptibiles, ut melones, pruna &c.
fica, uuæ putibiles V. Item
Ova barbon, lucios, & purgantia
Vomitoria violenta, & drastica
Systemata mobil.

columb. cauteria, clyſt. lot. ligat. fricſt. cucurb. veſicatoria, errhina, Topica & generalia. Siſtendum per interna, etiam per laudanum opiatum & narcotica. Diæta ſit ſicca. Cæna parca. Somnus parcus. Decubitus variat. Si catarrhum in capite detinere volumus caput jaceat ſupinum: ſi plus noceat in capite quam pectore caput altius locetur. *Laur. de Cat. For. Senn.*

CATARRHVS infantium. Infantium catarrhus.

CATOCHE. Catalepſis.

CEPHALÆA. Dolor capitis.

CEPHALALGIA. Dolor capitis.

CEREBRI concuſſio. Concuſſio cerebri.

CEREBRI inflammatio. Inflammatio cerebri.

CHEMOSIS. Oculi vitia.

CHOLERA humida eſt aſſidua & immoderata humoris pravi per ſuperiora & inferiora rejectio.

CAVSA eſt humor acris corruptus circa ventriculum & lienem, meſenterium, venas, reſtitans. Venenum ſumtum.

S. *diagn.* Febris abeſt, adeſt dolor, inflatio, vomitus, dejectio. *progn.* Intra 3. vel 4. dies interimit. Si intra horas 18. terminatur, ſalutaris ſæpe fuit.

CVRATIO. 1. Vomitus ſi parcior ſit eſt promovendus epota multa aqua tepida.

parca enim bilescit, decocto hord. non ex cortic. cum saccaro vel sir. ros. Sero caprill. vel vaccino cum sirupo ros. 2. Si vomitus sit immoderatus, [alvus est movenda.] Detur ergo serum lactis vel jusculum cum manna vel sir. ros. sol. Clystet molliens refrig. injiciatur cum diacathol. cass. Si alvi fluxus sit immoderatus, vomitus moveatur. 3. Si valde excedat excretio, revellentia utilia sunt, ut ligaturæ membrorum superiorum si vomitus; inferiorum si fluxus alvi excedat. Materia etiam temperanda per interna Topica. Præsentissimum remedium est Crystalli 3 ß vel per se vel aliis medicam. mixti. sæpe laud. opiat. dandum si Syncope metuatur. 4. Vires roborandæ per interna & Topica.

CHOLERA Sicca est spiritus flatuosi per superiora & inferiora excretio cum inflatione ventris & strepitu, dolore laterum & lumborum.

CAUSA est ventriculi imbecillitas quæ flatus generat, vel humor lentus, tenax, cum calore ventric. intestinorum satis forti; qui humorem in flatum resolvit vel cibus flatulentus.

S. *progn.* Tam periculosa non est quam humida.

CURATIO. 1. Flatus educendi, discutiendi, temperandi clyst. ex oleo dulci vel sem. lini amygd. d. cum decocto moll. & carminativo: per Topica item. Exhibendum oleum,

Chlorosis. Vid. morbus Virginis. s.
Febris alba. p. 81.

S. M. statim initio. D. St. Jacques.
Enemata anodyna et refrig.
Syr. berber. c. Corall. et Margarit.

Vomitus non statim sistendus, Aetius
tet. III. serm. 1. c. XII.

+ Caute, qa et dejectio semper fere in
vomitu gjuncta e, in hoc adfu. Danda igr, Vomitus compescendus
vid. infra.

Enemata avertendo commoda.
Purgantia leniora et benigniora
tas Vacuaq; q. diversioni de,
Rinanda. Vt: Dito senne, et fl. ac fruct. Syr. fl. ffic. de
Humores acrimonia extempanda. Cichor. c. Rhabarb. Mel ros
Stomachica roborantia, q. vid. Sol. elito len. Cathol.
suo to. Vires reficientia. Flos Cassie

Cicatrices.

Pulsus ovij.
Peripneumonia.
Hydropis pessi.

Ol. myrtil c. adipe ofinino.
Lac Virginale.
Vesp. Citrin. Nic.

Coeliaca. Vid. Lienteria.
Gradibus v. Tabes differunt.

Coctionis S. Chylosos lactis.
Pulsus non differt à Readvertentia
& Atrophia. Externis v. nitè
Comparatis & motus & rectifi-
cae fermenti Stomachi vertit.

Cibiorum vitia. Vid. Cosmetica.

oleum, vinum, nisi quid obstet. 2. Materia vacuanda per syr. ros. sol. temperanda juscu-lis. Si à veneno, curatur alexipharmacis.

CHORDAPSVS. Ileus.

CIRSOCELE. Hernia varicosa.

CLAVVS. Dolor capitis.

CLAVVS. Verruca.

COLICA in genere est dolor intesti-norum vehemens, vagus.

CAVSA. 1. est flatus vel à caloris debi-litate vel calore forti & pituita viscida vel ex humore mel. flatulento ortus vel cibis flat.

2. Fæces induratæ, calculus, vermes, her-nia quæ omnia continuum solvendo dolo-rem faciunt.

3. flatus vel humores inter duas tunicas collecti.

S. *diagn.* Differt à dolore ventriculi. Semper enim dolor ventriculi supra umbili-cum subsistit & sæpe ad spinam inter scapulas pertingit cum ad nonam vertebram ventri-culus spinæ alligetur, levatur ructibus. Dif-fert à dolore uteri quod dolor uteri inguini-bus & coxis communicatur & supra ilia non adscendit, præcessit partus, menses suppri-muntur.

Progn. [Colica sæpe sequitur icterum ex obstructione meatus cholidochi factum prout icterus sæpe sequitur colicam ob cau-sam eandem.]

Si diu duret hydropem facit, herniam, ru-pturam umbilici.

CVRATIO. 1. Causa est tollenda. 2. dolor.

Dolor tollitur internis & topicis mollientibus, balneo. Imo narcoticis si causa sit ~~calida~~ valida. Si vero sit frigida causam morbificam deteriorem reddunt & paulo post dolores majores revertuntur. Raro per os exhibenda. Tutius per clysteres injiciuntur ut Phylonij Romani ℈ j. *For.* Laudan. opiat. ad gr. iij. Appropriata sunt stercus lupi albiss. ad ʒ j. etiam foris appensum. Intestinum lupi ad ʒ j. cum liquore. Alaudæ assæ pulvis. C C ʒ j. in potu, intestina gallinæ tosta ad ʒ j. ʒ ß. pulv. Testicul. equi vino lotorum & siccatorum in furno. Durante dolore nihil est edendum.

COLICA è fecibus, flatu.

S. *diagn.* Alui suppressio præcessit cum alvi pondere, dolore, cephalalgia, palpabili duritie.

CVRATIO. 1. Clysteres injiciantur mollientes, lenientes, ac sensim fortia purgantia miscenda, donec excernantur feces: si non operentur, leniens per os exhibeatur ut mannæ ʒ j ß. ol. amygd. d. ʒ ij. cum jure gallinæ. Vtile est oleum galbani, empl. è baccis laur. extra applicata. Vltimum remedium est follis Hippocratis, quo intestina ita inflantur ut à stercoribus internis superficie sua separentur, post clyster immittitur.

Si à vermibus, curatur ut vermes.

Si ab

Specifica: Astragali porcini.
Tali leporini
Grana Sinicacanthina –
Baccae Kanzaches.
Vinum Parthenianum.

Colica cal. biliosa, cum paresi seqz. vomitus, dejectio, et vicino bilis cruentatus, in gentiones letales saepe terminata: curanda c temperantibus, et mitigantibus acrimoniam bilis, per certa clysmata: cathartica mitiora:
Enemata lactis Opiata Jac. Oethei.

Specificum Sagars.

Emollientia, discutientia, lenientia, vermes necantia, flatus dissipantia, vid. Sup. tit.
℞ Offae ex Malvatico. Th.
Theriaca Opiata C. Gesneri.
Mumiata.
Globuli ex Rosis.
Sphaerulae Basilicae Hermeticae.

Enemata ex solis jusculis Castoreatis Adolphi Occonis exempto.
ex ol. Castorei opiato Crocato c.
toto Crocephali. Th.
Ol. Lebenid ℥.
Unguentum Lycodermatis.
λυκερλεον ℥.
Sagul. ex vitulo, Caro, Cumino et Ol. ℥ ex s. Cannabis tosto.
Encathisma artemisiae, parthenii, melilothi, anthe. pulegii, salviae etc.
Cataplasma pultis avenaceae c. lacte ℥.
Opsiter c calidissimae ferri ℥, admotum.

Ol. Sabinae d. in Chym. exemto Langii.

Infus. Phlatosyrathi in vin. Petri Vandereisen. Med. Prag.
Kaenylepnecpalos.

Epomphalia Antidotaria
جاورش سلوري

Syr. d. cal. discutientes.
apoplectica.
Elixir vitae M.
Spir. Q: Crocus Helmontii.
℞ Foenic. ℞ ℥i.
Juniper. ℞ ℥ii.
Calami arom. ℞ ℥.
Spec aromaticae plerasq.
Diambebe Paracelsi.
Ol. d. angelicae.
Calami arom.
Cedonii.
Coriandri.
Cortic. aurantior.
Salviae.

Aq. fl. Ebulae.
Tiliae c. vin.
fl. Chamomelli.
Tinct. Cortic. aurant.
Citrior.
Ext. Chelidonii
Laudanum Opiat.
Arcanum Dij. A. S.

Si ab hernia ut hernia.

Cucurbitulæ umbilico applicatæ incantamenti instar curarunt. Constringenda est alvus latis fasciis.

Seq. clyster miraculo profuit. ℞. Vini malvat. ol. nucum (quod & *For.* commendat) ana ʒ iij. aq. vitæ ʒ j. ol. junip. & rutæ ana ʒ iij. injiciantur calide.

COLICA à causa inter tunicas.

S. *diagn.* Dolor acutissimus instar pali fixus est.

CVRATIO: clysteres injiciantur mollientes carminativi: omni studio caveatur vomitus, post clysteres fiant acriores. Solutiva carminativa ~~ut allium~~ per os exhibeantur. Externa utilia sunt.

Si fiat ab humore acri scorbutico in venis & tunicis intestinorum hærente, curatur refrig. humect. internis, Topicis vacuantibus bilem, &c. ut dysenteria.

Si ab inflammatione intestinorum curatur ut inflamm.

QVÆSTIO: An clysteres purgantes conveniant? N. quia trahunt ad partem affectam nec vacuantur: alvus enim suppressa est. Sen. For. Pareus.

COLORATIO capillorum. Pili.

COLVMELLÆ inflammatio. Inflammatio gurgulionis.

COMA somnolentum est actio imminuta à spirituum influxu prohibito.

CAVSA: vis narcotica, obstructio cerebri, vermes, uterus, compressio cranij.

S. diagn. æger diu & profundè dormit, hiante ore.

Diff. à caro: quod in Comate interrogati respondent: à syncope pulsu & facies in comate non est mortuo similis.

Progn. aph. 1. s. 2. 3. s. 2. in febb. continuis exitiale est. Minus periculosum quod per consensum fit.

CVRATIO. Excitetur, vacuetur, revellatur, derivetur causa: siccetur, roboretur cerebrum.

Si per consensum fiat, pars primario laborans curetur.

COMA Vigil. Est cum ægri clausis oculis frustra dormire tentant vel sine delirio vel cum delirio. Sic Comaticus apud Heurnium Monacho custodi caput abscidit cum dormiret.

CAVSA Vapor narcoticus sed simul turbans vel cum vapore calido somnum turbante.

S. Progn. In Lethargum vel phrenitidem mutari solet.

CVRATIO: Cum semper ferè ingruat cum febre maligna præter ejus curationem malignitas & venenum impugnandum, revellendum, roborandum, &c.

COMBVSTA. Diff. vel calor saltem in parte sentitur vel vesiculæ tantum excitan-

Progn.

Ol. S. Cameliæ c. Cerasorum.
Ol. ℞.

Progn. A fulmine plerumque lethalis. In abdomine difficulter curantur; profundiores eſcharæ minus ſunt dolorificæ.

CVRATIO. 1. Empyreuma ſeu atomi ignis evocentur. Quod fit calidis. Si levis ſit combuſtio citiſſimè pars igni admoveatur vel aq. calida foveatur, mox cæpæ in mortario tuſæ cum ſale applicentur. Vel ℞ cæp. crud. ʒ j ß ſalis, ſap. Veneti ana ʒ ß m. in mortario, affund. ol. roſ. & amygd. d. q. ſ. *Fab.* obſ. 93. Cent. 4. fimus eq. rec. Salv. ebul. Sambuc. fol. cum ſale & oleo nucum trita. Calx viva novies lota cum aq. malv. & butyro. Ol. lini. ſuc. cæpar. butyr. majal. ſuc. ſambuc. pingued. por. Camphor. ol. oliv. Calx ſic lota miſcetur cum oleo hyperic. ſuc. aliquo, cremore lactis. ℞. lardi conciſi ℔ j liquefiat in aq. roſ. Coletur per rarum linteum. lavetur quater aq. hyoſca. vel plantag. vitell. ovi rec. III. miſc. ung. in ambuſtis ita ſint facta ut non tenaciter adhæreant ſed facilè abſtergi poſſint.

Si veſiculæ ſint excitatæ ante tertium non ſunt aperiendæ nec poſt, ſed circa tertium aperiantur. Si vero combuſtio in tertia ſit differentia, omnes puſtulæ ſunt incidendæ, eſchara tollenda mollientibus, vel ſi major ſit ſcarificatu profundo ad vivum uſque, ut mollientibus detur aditus & fuligines tranſpirare queant, vel ſcalpello removeatur, ſupra partem defenſivum ponatur. Si gan-

græna immineat ei occurrendum. *Par. l.* XI. Vng. alabastr. præstans est ad cicatricem inducendam.

Combustio à pulvere pyrio fœdum colorem relinquit cum granulis, quæ nec scarif. nec cucurbit. nec vesicat. sæpe evocari queunt.

Combustio à fulmine curatur per interna cardiaca & Topicis è fol. rutæ, cœpis, theriaca, &c Topica omnia fiant ex alexipharmacis. Si os simul fractum sit, vulgaria glutinantia venenum detinent, &c. medicam. è rad. angel. vincetox. fol. rutæ & appone. defensivum etiam.

Comb. oculorum. Lac tepicum instill. Forestus filium curavit emuls. sem. cydon. facta cum aqua rosæ. Vtilia sunt reliqua mollientia.

Comb. articulorum acria non fert sed mollientia præmissis generalibus.

CONCVSSIO cerebri fit à causa externa. Sic Hipp. ab alapa quandam mortuam narrat.

Signa sunt vomitus ut in fractura cranii.

Progn. Si sanguis inter tenuem & duram matrem effundatur desperatum est.

CVRATIO Fit revellentibus, repellentibus. ut V. S. in cubito, clyster injiciatur, Catapl. repellens injiciatur è far. hord. ʒ vj. ol. ros. ʒ iij. aceti q. s. cujus usus est ad 4. diem. Cucurb. scapulis affixæ, seq. die

vena

Commotio Cerebri, eadem est, aut saltem
gradu tantum discrepat.

Empty Diaspheoles.
Diaz.
Quinzialmali Silensis.

vena puppis quæ ſupra lambdoidalem eſt ſecetur, altero die V. frontis ſub lingua, a 4. reſolventibus eſt utendum ut Cerato Vigonis vel ung. Alabaſt. empl. è gum. hederæ. vltimum remed. apertio cranij etiam poſt ſecundum menſem. *Fab. cent.* 4. *obſ.* 2. *Par. l.* 9. *Sen. l.* 1 *p.* 1. *c.* 20.

CONDYLOMA. Verruca.

CONTVSIO cum ecchymoſi eſt cum ſanguis è vaſis ſeu tenſione ſeu ruptione exprimitur.

CVRATIO Sanguis extravaſatus vacuatur vel modo ſpectabili ut V. S. cucurb. ſcarif. hirud. modo continua & vehemens febris ægrum non habeat : vel reſolventibus internis & ſudoriferis balneis, diæta tenui. ſic V. S. utitur Gal. licet plethora non adſit: mox exhibet ʒ jv. oxycràti

Topica primo ſint repell. poſt reſolventia, ut ung. alab. quod ſemper competit excepto febris principio.

Si gangræna immineat, quod ex duritie tumoris (mollis enim ſi ſit, parva eſt contuſio) & livore colligitur, potenter eſt reſolvendum ſacculo toſto &c. vel ſcarificetur vel apperiatur cultello, curetur ut gangræna. efficax eſt rad. ſigill. Salom. contuſa appoſ. rec. vel vino macerata. Si ſit cum vulnere, primo adſtringens applica, poſt digeſtivum partibus vicinis ſuppurans. *Par. l.* 11. alias ſuppurans locum non habet in parte affecta.

Si in infantibus, Cæsar Arantius sectione olim usus est, qua ob clamorem, dolorem, infantes in summum periculum deduxit. Post oculatior factus per diem nat. primo omnium linteum ovi alb. & acet. ros. imbutum apponit sæpe madefaciendum. post ad diem nonum usque cataplasma è fl. ros. rub. fol. & bacc. myrti ana ʒ ij far. fab. hord. ana ʒ j. absint. beton. ana ʒ ß. sem. cum. Vino nigro. Fiat cataplasm. adde ol. ros. chamæmyl. ana ʒ j. Tantum eis appone ut vicinas etiam partes complectatur. post decimum diem empl. diapalm. seu diachalcit. apponit *Sen. li. pit. c. 21. & de Tumoribus.*

CONTVSIO Cum fractione cranij seu vulnere.

Si sanguinis copia sit effusa inter cranium & membranas, quod scitur ex effusione sanguinis per nares, aures, capitis gravitate, stupore, sopore.

Si os sit depressum & cerebrum premat, quod digitis exploratur.

Si cranij particulæ meninges pungant, quod cognoscitur si dum æger nasum emungit punctura sentiat, vel delirium adsit. cranium est aperiendum vel elevandum.

Si vero horum nihil adsit, præmissa V. S. & cholagogis curatur empl. è gum. hederæ. Sic Foresius quondam solo oleo hyperici curavit. Vidus Vidius, Lanfrancus sæpius & tutius medicam. quam trepano curari aiunt.

CON-

Quid ergò? nervos lancinans Rumor vel vapor, sive manifesta, sive occultâ q̃lte.

CONTVSIO cum effluxu ſanguinis per & in ſuperiora.

Cum in hoc caſu 4. ſint in metu. 1. ne ſanguis nimis effluat. 2. ne ſuffocet. 3. ne concreſcat. 4. ne putreſcat : cumque concretio reſolventia, ruptura ſolidantia indicet, ei occurrendum quod magis urget. Ergo à V. S. cum jam ſanguis rarius ejicitur cumque non amplius tam floridus apparet, exhibe reſolvens ut poſcam dilutam vel medicam. è coagul. lepor. hædi, caryophyllat. artemiſ. rub. Caul. rub. beton. rhabarb. rhapontic. terra ſigill. Sperma ceti, oculi cancri. C C. corall. præp. bol. arm. aq. chæref. card. Mar. decoct. fl. bellidis minoris, hyper. fumar. ſcabios. rad. angel. Vincetox. ſem. card. ben. rub. tinctor. Mumia inutilis eſt ; vomitum enim movet. &c. *Par.* l. XI. poſtea omni ope glutinandum ut in hæmoptyſi. Succinum. Si dolor fiat ventris à ſanguine concreto, expurgetur per Rhabarb. &c.

Si tuſſis ſuſpendatur Catarrh.

CONVOLVVLVS. Ileus.

CONVVLSIO eſt motus muſculorum depravatus.

CAVSA non eſt inanitio quia fit ab elleboro : quia in hecticis & febb. ardentibus rarò fit ; nec repletio : quia in plethora non fit, nec elleborus replet. #

Subj. Eſt muſculus, ejus potiſſimum partes nervoſæ & fibroſæ, cum eorum expultrix-

irritatur, ob quam facultas animalis in consensum trahitur, ut in vomitu, tussi, &c. Si firmiter parti adhæreat, fit convulsio, si vero vapor vel materia mobilis, fit motus convulsivus. Si unus vel vnius generis musculus afficiatur ut flectentes, fit convulsio: Si vero duo antagonistæ fit motus convulsivus. In convulsivo motu cerebrum simul afficitur, in convulsione rarò. Si à vulnere fiat convulsio, fit ab acredine saniei. Cum partes ultra tonum contrahuntur, dislocantur, distorquentur, ut extendi denuo non possint.

Progn. In aphorism. Hipp. Convulsio subito orta alvi fluxu vel febre supervenient-te, solvitur. 4. diem si effugiant, sanantur.

CVRATIO. Si per consensum pars primario laborans curetur. Si per essentiam V. S. est utilis vel cucurb. scarif. Si crura sint convulsa coxis, si manus primæ thoracis vertebræ; si lingua, palpebra primis cervicis vertebris apponantur. Purgatio, frictiones, clysteres acres, inunctiones spinæ locum habent. Topica sint resolventia incipiendo à mitioribus. ol. chamæmyl. aneth. &c. pinguedo anseris. &c. ‖ Interna sint ut in paralysi. † Os convulsum nullo modo instrumento est aperiendum.

Si à vulnere, sanies detergatur, phlegmone sanetur.

Si ab esu fungorum, Galenus stercus gallinarum cum oxymel. exhibet magno secreto.

Vid. fungorum usus. Ani-

Vapor ad mentem Herodoti Pneumatici Galen. l. simpl. c. XXVII. nos exclusis Jchoribus Guil. Ballonius l. de gruth.
Vid. de particulis elasticis, novo comento, Th. Willisii tr. de affect. cerebri.

Spasmus Universalis vel particularis.
Ille ἐμπροσθότονος, ὀπισθότονος, et τέτανος.
Particularis, diversarum partium, quae eis huc pertinet, ut Spasmus Cynicus.

Convulsio: vera: Spuria s. motus gruthiciis, et Spasmus non proportionatus ad intra à barbaris dictus, rectius immaterialis Ebusinae.

Omittenda semper Universalia.
primas Vias lustrantia, humores si opus sit, praeputia.
Cathartica. Specificum purgans Par:
Bals. Aloetici, eqd.

Cavendo à nimis calfacientibus et siccantibus, ne tendines indurentur.
Fomenta, olea, Linimenta.
Aquae antispasticae. Thermae.
Balnea arte parata.

Specifica: Bals. Mumiale P:
Castorei.
Indicoxyli.
Card. Tyrdoti c. vino. s. Vinum Hagiacanthae.
Unicornu orbiculatus ambaratus.
Syr. de pomis Rondeletii succinatus.
Mag. succini
Syr. millefolii c. Mag. Ungulae alcee.
Moschocarpalaeum Corallatum.
P. Cichorii Mithridaticus.
Fl. tunicae.
mirab. L.
Cord. tenue.

Capitis pandiculatio. اللوي Arab.
pertinet ad τὰ ἐπιληπτικὰ
Hippocratis II. aph. XLV.

Curatio eadem, quae epilepsiae et
vertiginis.

5.° Card. budeti densatus c. Vmelissae.
Arcanum Harmalae Arabum.
Ol. Cynocopri theriacale.
Cons. anthos cum arcano Androcrarii.
Mag. Alconychis.
Emuls. s. Napi Corallina.
Mag. Eboris.
Rhinocerotis.
Monocerotis.
CCj.
Succini.
Specificum pedicheptatum.
Mygalosphyrum.
Ol. anisi NB.

Erhina Taurocholica.

Metasyncriticum Mastichinum.
Epispasticum Monspeliensis Riverii.

Potus visci q. eryngiatus.
Hydrosaccharum Cardamomisatum.

Pediluvia Rutacea.
Omphalochrisma ex pingue caeluri.
Trachelochrisis c. ol. Juniperi.

Coryfa. Catenulæ ſpec. deſcriptio ſe
d varias ſui mori cruci
Pars adſa cerebri ſentiens, vertici cubi
ypi e anteriores, d or Rhinoides.
Fi olfactus ſimul ledat, et ſocios
quam illæq.
a, fit. et ſpiritus animales: ab interna
frigida. Externa commoveat,
frigus, calor ligneus.
ſpontaneus affectus flexuum
Abſentia adjunctorum, ſimi
tia, abſorbentia.
Vapor ſi noſ.
Vfoemiculi rhodoſacchara c. ſ. v. Beta balaustia, planta. &c.
Salvia, majoran. Lavend. &c
Suffitus.
Odoramenta ex unguella, ſulphio.
Exhalationes variæ ab humore ſalſo to
lendæ limentis formati. Lithargyri.
ſtitis, et ſo, Vfol. quercus ſplen
dens. noſ. alchymiſtæ.

A nimiis siccantibus indurati nervi, sæpè curari non possunt.

CORDIS palpitatio. Palpitatio cordis.

CORNEÆ pustulæ. Pustula.

CRANII fractura cum contusione Contusio cum fractione cranij seu vulnere.

CRANII fractura. Fractura cranij cum vulnere.

CRISES. Imperfectæ, materia nondum cocta, tamen bonæ. Vidit *For.* sæpè repetita crisi, tamen ægros evasisse. Sic ab apoplexia paralysis, à lethargo parotides bonum.

Fern. l.2. c.1. statuit crises utiles non fieri per hæmorrhagiam, 1. quia semper sanguis ruber floridus affluit.

2. Quia radicem morbi non revellit citra enormen fluxum. vid. aph. 25. s.4. Respond. Zac. l.1. hist. 64. quod ruber ille sanguis apparet, quia guttatim exstillat; unde calor ejus ab aëre ambiente tollitur; iccirco frigus heterogenea ab bonis separari non patitur: unde sanguis manet ruber. In cubito confertim effluit: unde manente calore crassæ à bonis separantur.

CRISPATIO capillorum. Pili.

CRISTA. Verruca.

CRVRIS fractura. Fractura cruris cum vulnere.

CRVSTA lactea. Sahafati.

DENTIVM caries & nigredo fit à nimis calidis, frigidis, dulcibus, acidis, fucis ex hydrargyro; &c.

Præſerv. Si à cibo os vino eluatur, & dentibus maſtiche, cyperus imponatur.

CVRATIO. Si quis omni mane gr. ſalis ſub lingua contineat, & eo liquato dentes fricet. Sp. & ol. vitrioli aq. permixtum dentes reddit albiſſimos. Pumex ignitus bis vino albo extinctus & tertio ignitus relictus, donec refrig. tritus & lotus albiſſ. facit dentes, etiam non ignitus. *For. l.*14.

Quidam ſolo pane toſto utuntur. *Par. l.*16.

Oſſa ſepiæ, C C. cinam. corall. oculi cancri, teſt. ovor. cochl. mandib. lucij piſc. maſtich. rad. ariſtol. rad. ireos, roſmar. fl. lavend. roſ. arena alba ſubtiliſſ. alij ſolo melle roſat. cum oleo vitriol. utuntur. Cinis ſtirpium roriſm. Cinis Nicotianæ.

DENTES Ferro avelluntur vel ob dolorem ſummum, vel cariem, quæ animam olidam reddit, vel ſi ſe extra ordinem ſuum profert. Summa manus moderatione opus eſt, ne maxilla loco moveatur, frangatur cum alveolo, unde hæmorrhagia vel os obtortum ſemper maneat: ne ſanus pro ægro evellatur. Exemto dente ſanguis liberaliter fluat, os oxycrato proluatur, ventus fugiatur. [Vt dentes ſine violentia euelli poſſint, gummi hederæ imponatur vel radix cucumeris agreſtis in aceto macerata per triduum, ſemen hyoſcyami, vel radix ejuſdem aſſata radici dentis calida applicata.] Sed vicini dentes non tangantur, os apertum ſervetur ut ſa-

liua.

Cynanche. vid. Angina.

His detergentibus et siccantibus adduntur firmantia et adstringentia, ac odorata. Cort. Cit. Ciaos, Caryophylli, L. Rhod. Santal. Benjoin. Ambar, Moschus, &c.

Ab exandisque molez attrita ap.
Hippoc. l. 7 Simon.
Alvi ollutiones frigidiores
Vomitus diuturni cachexiæ hypochondri
acæ.
Amygdalæ, uvæ faucium, glyc. cynosbi
olei olivæ. adstring.
Glycyrrhizæ
hepaticæ.

[Ho Carolo Piso felicissime
purgante bolo et (assa) diaphoe
nic. Zi. mj.
vid. Hens et adonalgiam.

liva effluat, nihil deglutiatur.

DENTIVM ſtuppor. Cauſa eſt ſapor acidus.

CVRATIO. Portul. masticata, ſuccus ejus prodeſt. amygd. am. avell. jugl. maſtic. rad. ſicc. glycyrrh. Vinum. Sal.

DENTIVM dolor. Fit vel à cauſa frigida vel calida vel vermibus in dente. Affluit ſerum illud vel à capite vel ab alia parte.

S. *Progn.* à dolore tumor bonum.

CVRATIO. Cauſa vacuanda, revellenda, derivanda, omni ingenio: ſecari poteſt vena pone aurem, per veſicatoria, &c. frontí, tempor. adſtringens applicetur. Topica in cauſa calida. aq. roſ. cum tertia parte aceti, ſucc. plantag. ſempervivi, lactuc. acet roſ. &c. *Rul.* aq. Solani cum aqua vitrioli utitur.

Si gingivæ ſimul ſint affectæ acetum ob acrimoniam vitandum. ~~ungu. alabaſt.~~ *Senn.* Radix lapathi acuti in taleolas conciſa & denti dolenti impoſita mire auxiliatur, decoctum item fol. lappæ. *Fer. Paræus* tribus graviſſ. dolores dentium à cauſa calida curavit. 1. appoſitis ſanguiſugis, gingivis tumentibus leniter ſcarificatis. 2. phlebotomia ſub lingua. 3. earum quæ pone aures ſunt.

Si à cauſa frigida. Allium ſub cineribus coctum dolenti denti impoſitum.

Aq. vitæ. piper. Gum. Iunip. ʒß Vini rhen.

℥ viij. coque, cola. colatura calide in ore detineatur. ol. cal. junip. & fumus Nicotianæ, ſæpe expertum à *Senn.*

℞. Rad. filicis. pentaphyll. ana ʒ iij. biſtort. ʒ ij. fol. rut. Salv. beton. fl. roſ. rub. ana m. ß. coq. in vini rubri & aq. ſ. ana q. ſ. pro collutione à quavis cauſa. Vltima ſunt narcotica. *Rul.* ol. camph. vel ligni Heraclij guttas aliquot apponit cum goſſypio.

Vltimum vel ferri candentis ad rad. ima depreſſio vel narcotica vel extractio: præmittatur tamen lac tithymali thuris & amyli polline exceptum vel tangatur aq. diſtillata è ſale ammoniaco.

Graviſſimos dolores dentium videmus ſimulac evomuit aliquis tolli. *Crato ep.* 182.

DENTIVM vacillatio vel fit à nimia humiditate [vel lue venerea vel inunctione hydrargyrica, vel à ſcorbuto.]

CVRATIO. Si ab humidis, præmiſſis ſiccantibus generalibus, Topica ſint calida adſtringentia: ſed omittenda quæ dentes denigrant ut corr. granat. balauſt. gall. vitriol. [adligationem per filum aureum ſæpe ſequitur inflammatio.]

DENTITIO infantum ſub menſem ſeptimum fit.

CVRATIO. Nutrix curetur ac ſi febriciter. Ori infantis actu frigida non ingerenda, omni ingenio gingiva mollienda ut baculo glycyrr. ol. amygd. d. adeps gall. butyr.

Fox.

+ Mucer. ☉ Bupleu. Val:
+ fl. prim-veris.

Ol. Lauri. ℔B.
Bals. ad. Hofgaum d Guaglass. ℥ oggorato.

Dolor à corrosione dentium: pars modi
Nucis tosta & cal. applicata:
expulsis Marcelli Cum:

Del. à Rheumatismo strumoso. V. S. frigum.
Opium. em. c. Diacodio.

Maria Glycubadus.
Cera Cameleontica pista.

Radd. tormentill. pentaphyll. plantag.
bistorta. H. centinod. cupurid. fol.
picea. myrti, lentisci, fl. rof. bacc.
myrti, Nuc. Cupress. Rasped. Fur.
Santal. rubr. Boly Armen. Coral.

Diff. ꝑpriè d impriè dicty.
Hic à cæterà: Hæmaz
stis, vix tenuis copiosa: cibis
sallis ꝑpatis, minùs diure
tica ꝙ. Hs Cichorij ꝙ febr.
ò Hydrope. Hic sonchi fer,
uelis à cal. remq; intempiè ſ.
simpl. sive intus, à robore
attractricis, d imbecillitate
retentricis. Addit a. recte
et ꝙ alijs partibus dysenteriæ
ocurrere, ꝙ colligatos d
resolutionem indicit, hq. ſc.
bene, Hoc vehementi gubæ.

ydropis ad materiam.
dysenteria. dia[illegible] cum ꝙs dy
senteriæ comparatis à gal.
VI. loc. affect. III. ab aliis ꝙ
ptis fauci carieq. Rarius affi
cit aſa: renes: d ex parte ꝙ
vesica.
Curatio vacuantia per ſet.
Cura acris temperata.
Gamaroz flow. Cichoreus c. sue
Sacharo. t. Heffer. obſ. XXXVII
ouj. ad. nuc. c. Eſſ. croc. ℈ß
c. vesicæ capillæ.
Vfol. fragin
cat. ad. fil. c. ꝙ.
Hq. Balsamitæ.
Hypogastrium et Epigastrium cū
initio coxæ c. Vinde.
Hq plantag. ℈ß Vfarm. ꝑ Balneo.

For. cerebellum leporis cum melle terit, quo gingivas fricet: cerebellum pullorum avium. Commendatur & succus è cancris vivis contusis cum aq. fl. cyami extractus si gingivæ eo abluantur. *Par. l.*23. *c.*67. scalpello gingivas aperuit. Dens dexter caninus lupi appendi solet cum catena argentea.

DIABETES. Causa renum retentrix læsa vel ab urinæ copia vel qualitate. Copia urinæ fit à calore hepatis, lienis, serum liquante, imbecillitate ventriculi, viarum laxitate; fit potissimum in febb. ardentibus & malignis.

S. diagn. ~~Sensim incipit ut vix agnosci possit,~~ in visceribus ardor concipitur.

Progn. ad Tabem & mortem deducit, nisi in principio curetur.

CVRATIO. V. S. purgatio. Vomitus. sudorif. non conveniunt. Sed per interna & Topica adstringendum, roborandum per ea quæ moderatè refrigerant: possunt & narcotica adhiberi.

DIARRHOEA est alvi fluxus ab humoribus excrementitiis facta.

CAVSA est vel obstructio Venarum hepatis, vel hepatis debilitas, vel totius dispositio p. n. cum febre vel sine febre, vel feb. hectica, ardens, phthisis, inflamm. viscerum, unde fluxus Synthecticus s. colliquativus: vel cibus corruptus, vel vermes, vel hepar & bilis, vel lien & humor melancholicus, vel ute-

rus vel cerebrum", vel hypercatharsis, vel dentitio infantum.

S. *diagn.* Obstructionis, debilitatis epatis signa vide.

Si à corrupto cibo, præcessit cibus ejusmodi vel ventriculus est debilis. Si ab hepate, liene, illorum læsorum adsunt indicia absunt signa alius partis læsæ.

Progn. Alvum fluere uno die vel etiam pluribus pro valetudine est, si modo febris absit & intra septimum diem conquiescat.

CVRATIO. Si ab obstructione fiat, primo per hepatica aperiendum, post detergendum, tandem cōnstringendum, roborandum.

Si ab humore acri, cibo corrupto, primo est detergendum & humoris acrimonia tollenda ut ℞. decoct. hord. non excort. ʒ iij sir. ros. ʒ j viol. ʒ ß. Vena secari potest. Deinde leniter vacuandum per clysteres, pot. pil. è rhabarb. myrob. mastiche, è quibus fiant pilulæ quæ in omni fluxu tuto dantur.

℞ myrob. citrin. chebul. ana 3 ß. mastich. ∋ j spic. gr. 6. cum mell. ros. f. pil. cape pro prima 3 ß. post ∋ j. Non nisi vacuata majore parte materiæ, & si vires multum dejiciantur, in duobus his casibus adstringendum, quod intra 8. & 12. dies fit, primo per topica & alimenta, postea per interna & derivationes omnes, V. S. ligationes, fluxus tollatur.

Si

Delirium. vid. febr. Symptom.
— Delirii refert Hofmannus ab Arnoldo Heidanio, ejus
discipulo, Amentiæ S. Insaniæ: aut Melancholiæ.

Recommendatur inter diuretica et Gal.
Epist. 11. diff. febr. 11. de cur. rubef.
p. m. 11x. et 11. de Glauc. 11. pro
hoc cap. Aegrotum vide morbosum
depingit ad vivum et intestina.

Nimis absinthij in epotis diuretica
et dysuria, curata Jessæo et
Stahl. c. Jacobæo H. Rumley
Obs. XL.

Non efficax, nec validioribus adhæ-
rens, de per ἐπίκρατα W.
Manna, assa, tamarind., Sena,
Syr. ros. Sol.
Diæta bona.
Abstinentia absinthij cardiaca.
et pro Vinum de Quinquina. Hr.

Gravidis Gonorrhœa fœtus roborantia.

Fa. Stetices rosata.
Tyrbetinæ Valer. Valer. Exebrar
Fa. Sacrej. Ph. Cran. VII.

Fa. d'Eff. Leuckf Oata.
Fa. Glyciorrhiza Equisetifolia.
Fa. Croj.
Mag. Coral.
Fa. S
Mag. Hyacinthi.
Dy Diaphoret. D. Myrrh.
Extr. Helenacios.
Cassura Kerfata d Darfinata.

Debilitas facilitanda, gingivæ oleo amygdal. dulcis, et butyro rec.
#Stomachica: Ol. Mastichini.
Ol. Calam. arom. menthæ Cydonior.
N M.

#Differentia quæ loq. Vulgo per tot spes Cephalitis: Cephalalgia, Cephalæa, et Hemicrania. Quæ dolorifica, cui pleuritis per, paraphrenitis, frenetis &c. de qb vide Dorig Cons R. Sect. 1. lib. 1. c. 6. d Exercit. ea de Vena Medianj.

Ea vel externa vel interna. Hæc humor vel solidi. Illa evidens: sol, venti, ignis, aër, pot, exercitij, animi pathemata, balnea, acria &c. Sect. Febrientia.

Si cum febre & ſit criticus, nihil agendum, ſed diæta præſcribenda. Si nimius tamen ſit, acrimonia humoris eſt tollenda, imo & conſtringendum, robōrandum. Si parcior ſit, promovendus. Si ſymptomaticus, curetur ut ſupra.

Si ſit colliquatio curatur reſumtivis, parum adſtringentibus, imo & narcoticis, ut clyſteri tria cap. papav. incoqui poſſunt.

Si in infantibus dentientibus, fit vel à pituita ſalſa à capite defluente, vel lacte per febrem corrupto, exhibeantur mel. ſir. roſ. ſir. de cichor. cum rhabarb. Conſtringendum poſtea per topica. ℔

DISLOCATIO. Luxatio.

DOLOR capitis. ℔ Cauſa vel nuda intemperies, atque tum gravitas capitis nulla eſt, oculi facile moventur, præceſſit cauſa procatarctica.

Vel materia, ex ſignis communibus & propriis. ~~Sic ſanguis ſyncipiut, pituita occiput, bilis dextram partem, mel. ſin. occupat.~~

Vel flatus; adeſt tenſio ſine gravitate, ſubito oritur & remittitur, tinnitus adeſt.

Vel ſerum: dolores fiunt vagi: crebræ ſunt diſtillationes, ſputum multum.

Subi. Si ſurrectis pilis intendatur dolor, qui ad radices oculorum non pervenit extra cranium eſt.

Si radices oculorum attingat, intra cranium eſt.

Diff. Fit vel per Idiopathiam vel ſympathiam ventriculi, lienis, hepatis, menſ. hæmorrh. ſupp. ulcerum clauſorum, quod ſcitur ſi per intervalla repetat; ſi intendatur pro intenſione alterius affectus, ſi alius partis affectæ adſint indicia; ſyncíput potius affligatur.

CVRATIO. [Si à nuda intemperie, alterantia contraria indicantur per generalia & topica.]

Si à materia, illa eſt vacuanda, revellenda, caput roborandum, alterandum per generalia & topica.

Vng. alabaſtr. mirandæ eſt efficaciæ V. S. ſemper utilis eſt, ſi ob nimium dolorem metus ſit inflammationis. Potiones magna doſi etiam ʒ x. pro una exhibeantur. Saccharum in dolore capitis ſit albiſſimum: impurum. n. lædit. In quavis cephal. pro quovis humore addenda phlegmagoga..

[Clavus eſt dolor in ſupercilio à materia acri cum flatu inter cranium & pericranium concluſa.] In cephal. mel. V. S. tentativa inſtitui poteſt. Optime exiccant puly. arthrit. quos vide apud *Senn. l.* I. *p.* I. *c.* II.

Fernelius ait nullam ſe cephal. offendiſſe quam non curarit. ℞. aloës opt. ʒ ß. ſp. el. de gem. trium ſant. roſ. rub. ana gr. vj cum ſirup. abſint. & viol. fiat maſſa. doſis ʒ j. bis in hebdomad. horis 2. ante cœnam. *Scholz* ep. 121.

Diaphragmatis tumor.

Dolor cap. à ā rum. vt vapora.
Ad hunc sinet adora: ila ebusine
Gemina: ō الثنين
à fostore: d ō الطحال
à fragmatis. ll. III. Sect. l. h. II. c. V.

Lipiriales, Sensa, Symptatica, arteriales per vx exquisitor, lactea s. chylosa.

Stō Diopathig affs fibrig, nos femur.
Quod ois certissig; d vic magnificil.
Et hor fallacissimus, & fallacissimus Hypothesi Empirici, per inania se. attrahor gratia, aut defectig cava, vapores & flatig; caput deferig. Per vasa v. via potig femores, & se flatice gfig ca auth.

(Dolor Vrgens, anodynis mitigandig. Rarissime ad surgica deveniendum, cum potig externa & interig sumpta. Sanguis, Guaiacig, & pheniticis, & lenientig ois seniores.

Vacuantia Tumoris, genus optig repig. ciant: d ventriculig, c. capite: ca portione, qua decet: semp v. ig capite, d semp & ig ventriculo a. ligo fititig conducib.

[# Ejusmodi vicia plena ab accidente aliquo desumpta vic magis curanda variantig, semibarbaris excogitata, ad Cestalcam, nec alio, referenda, vt Ovum, Galea, & similia.]

[# Imò mos tentativa, sed curativa & plethora iuncta, sic mag, sola seu revulsoria.]

Cum tibig post anum
V. S. ig frontis, & hypogastrij ag.
L: Cephalicig & Salvatig, & Dēto L: & Sanguinis. A. Gastr.

Diaphoretica.
Rh. Balsamo anding:
Electus Stellati Pauc:
Opium.
Mag: Pulvis Corallij
Ecbo. S. Bals. Pyrenaici Hiera.
Specifig Theophrasti.
Specifig Mag. Tetrachymagogi.
Mag. Tetrachymagogi
Chelidon.
Coralia.
Margarit.

Epithema Antihecticig Sennerti.
Opium O.
Sp. Vr.
Mana Indicorum S. M.
Angelica Laudana Thymiatos.
Ess. Diamoschi dulc.
Ecbo. Stypacis Ravennatum.
Pa. Aquatica c. Croco Vbicig.
Symphytocollis Mithridatig.
Mag. Carpophyll. Cassiobalanig.

Pilulæ.
Pilulæ Cynoglossatæ Fuligi C. V. Hum.

Enemata derivantia.

[Nec alternatim tantig ea debent, nisi sitis urgeat: nec purgantes, ne fastidio creant & abominationem.]
Diaturbith Hepatig.
Alia Confectiones
Benedicta Fracastorij c. Hiera Pic. & Ecbo. Diacatholicon.
Justinus Ravennatis Rondeletij.
Epicrasis seu pil. Cochiarum Fernelij & Thom.
Catholicum Sennerti & Temporig. cum Pil. Viuertij, Gesneri & Severini à Fonte, qib. & post Aurel.
Hiera Mesuæ, cum Aurea & mirabili Rod. Fonseca.
Electuarium Coronatum.

Si à crapula curatur ut cephal. bilioſa.

Si à ſero ut cephal. pituitoſa, potiſſimum ſudorif. & diureticis.

Topica ſyncipiti circa frontem, tempora, ſuturam coronalem applicentur, quibus ſemper adde acetum: Occiput ob ſp. medullam ea non fert.

Actu frigida applicari poſſunt; caute tamen in ſenibus, pueris, &c. Si incaluerint vel ſiccata fuerint removeantur: calida etiam in cephal. cal. conveniunt, rariſſ. frigida.

Laudatur verbena, corona è roſis, polygono, philantropo impoſita, rad. plantag. appenſa.

Folia caulis cum fimo columb. ſambuc. ſubacto pedibus ſuppone. Fermentum cum ſapone & ſale caulibus inductum pedibus ſuppoſitum, probatum eſt. vide febr. ſympt.

DOLOR eſt actio læſa facultatis ſentientis, triſtis ſenſatio.

CAUSA. Non eſt intemperies, ut patet in ſectione, extenſione: nec ſoluta unitas, ſed cum unius rei una ſit cauſa proxima, ſolutio continui, quæ fit à cal. frig. ſicco, ſine & cum materia, non vero à ſola humiditate: ab extenſione & maligno humore.

CURATIO. Dolorem tollunt quæcunque ſenſum partis blande afficiunt ut anodyna: dolor non ſentitur, ſed cauſa. Vel ejus intemperiem tollunt: Sic calorem frigida. Vel

materiam evacuant, ut cucurb. purgat. top. Vel malignitatem infringunt ut ægyptiacum: vel sensum tollunt ut narcotica.

QVÆSTIO. An aeris calor dolorem facere possit in parte nervosa ut aure? N. cum aer ambiens semper frigidior sit calore cerebri.

An trahat dolor? N. *Laur.* Quia natura magis obesset quam prodesset. Sed humores facilius ad partem debilitatam decumbunt, & pars debilitata humores discutere non valet.

DOLOR colicus: Colica.

DOLORES à partu. Partus

DOLOR lateralis. Inflammatio pleuræ.

DOLOR Lumborum. in febribus fit à causa morbifica in amplas lumborum venas transmissa.

CVRATIO. V. S. cucurb. ung. ros. &c.

DRACVNCVLI infantium. Infantium dracunculi.

DYSENTERIA est intestinorum exulceratio cum dejectione frequenti cruenta, purulenta, ventris dolore ac torminibus, à materia acri & intestinis peculiariter adversa, erodente, ortum habens.

CAVSA potissimum est humor biliosus occulta qualitate intestinis infestus. *Remotæ*, esus uvarum, potus musti, frigidæ aq. coagulatis sc. humoribus, postea putrescentibus, *obs. 47. cent. 3.* aq. per canales plumbeos ve-

Panacea Xenocratis.
Cleempori Pythagorica s. Regia Persarum.

Anodynum generale: panis oleatus adsumptus.
Ol. Chamomel. c. adipe taxi.

Dolor hypochondriacus, sub costis mendosis,
sinistri lateris: in regione pancreatis et mesenterii.
Curatio: purg. V. S.
Errhina. Vomitoria, si Nitra inclinet.
Thermarum potus: et stillicidia.
Diss. gelij in LL. et radi.
S. borrag. Chalybeatus.
Fomenta et Linimenta stomachica.

Diff. Φλεβώδης ἢ αἱματυρὰ.
Hepatica ex atonia. Melancholica.
ἑλκώδης. C. febrij, sine febri.
Primaria, secundaria. Maligna, benigna.
[ῥευματισμὸς Coel. Aureliano.] Mucosa, membranosa, carunculosa.
Cancrica: quidquid intestina exulcerat. Interna, tumor acris salsus: externa, citi potus, indumenta, venena. Epidemia, sporadica.

Vlcy mundificandy & sfoldandy.
Vires sfervande.
Symptomata urgentia mitigans
da Hollanda.
Vlcera ex relaxata:
scrimonia sfempanda:
maligna tas sfecipsam. expur
gand:
Sfluxy avertendy.

tuſtos fluens ſumta, ob Mercurij & plumbaginis copiam, purgantia cibis mixta. Venena ut hydrargyrum, nebulæ, aer malignus. contagium.

Diff. Gradus 3. ſunt. 1. in quo pinguia corpora exiguo humore perfuſa. 2. In quo ramenta inteſtinorum. 3. in quo ſubſtantia inteſtinorum ſub forma caruncularum excernitur: de ultimo gradu intell. ap. 26. ſ.4.

S. *diagn.* è definitione patent. Febris non ſemper adeſt. *aph.*3. *ſ.*6. diligenter ab abſceſſu in inteſtinis eſt diſtinguenda. Si tenuia inteſtina ſint affecta, dolor eſt punctorius. Cruor exacte ſtercori miſcetur vel poſt ſtercus excernitur. Si craſſa vel ſupernatat pus, vel extra iis adhæret.

Progn. Circa æſtatem & initium autumni fiunt potiſſimum. Puſtula nigra poſt aurem ſiniſtram cum ſiti magna lethalis. Mulieres, ſenes, pueri, gravius laborant.

CVRATIO. 1. Cauſa eſt vacuanda, temperanda per V. S. per vices purgantia, ut ſir. ex multipl. infuſ. roſ. pallidarum vel potius primo è ſimplici infuſ. myrobal. tamarindi. Rhabarb. quorum infuſum damus ſi purgare, ſubſtantiam, ſi adſtringere ſimul ſit animus. mechoacanna. Fol. Sen. diacathol. diaphœn. *Clyſteres*, qui magna quant. injiciantur ſi detergere velis: parva ſi glutinare. Alexipharmaca ut bolus arm. &c.

2. Si dolor vehemens ſit, interdum dolo-

rem ſedantia injicienda. detur juſculum ex ol. amygd. d. applicentur interna, Topica, narcotica.

3. Conſtringendum, non tamen ante ſeptimum, niſi forte levioribus. Tragea granorum actes, pulv. turturum, lepor. uſtorum commendatur. item ſuccus hederæ terſumtus. Ceræ in pomo aſſo uſus. Cavatur pomum & repletur cera alb. & citrina, aſſatur, edatur ante cibum: per externa etiam topica, quicquid velint multi: per revellentia.

4. Mundificandum ulcus, carne replendum, &c.

Dieta. Potus copia dyſentericis noxia, ſi convaluerint, nimium exercitium.

Mucus ille albus, pinguedo inteſtinorum non eſt, nec pituita, nec cruſta, ſed humores è venis effuſi ob partis læſionem mutati, ut in fluore uteri albo. #

QVÆSTIO. an purgantia exhibenda? N. *Valeſ. in Com. 4. in 4. Epid. Fuchſius. Maſſarias*: quia Galenus iis non utitur: quia trahitur humor ad partem affectam.

Affirm. Senn. Galeno non notum fuit Rhab. myrobal. uſus tamen eſt melle, lacte, & Crato ob rationem ſecundam negat cauteria in podagra utilia eſſe. ep. 167.

An lac convenit? Non convenit, ſi adſit febris, & ubi corpus eſt impurum. Caute cerere exhibeatur. Si ſerum ſit copioſum, deter-

git:

Pil. P. Barbetti ex rhei extr. gr. xvj.
laud. op. gr. j. ol. menth. g. j. m.

Syr. è S. plantaginis compos. Arg.
V ex mica panis D. Freitagii Ratisbon.
V tormentillae comp. Nor.
V Chelidonii c. Peregr. cyd. et tolo Arm.
aut NN. et Caphura. Hh.
V menthae c. Vino d. Hh.
Emuls. avellan. Longobardicae c. V Chalybeata. F.
Mastiches gr. x. c. Diacodio Cydoniato.
Olea et linimenta modyna.
Fomenta ex lacte H. medicato.

Specificum Phloeodaphnicum c. sem. plantag.
Specif. Comarabicum, Tragacanth. c. Sodio et test. ovor. Mast. D. St. Jacques

℞ rad. Filipendulae: expressus L. Mercati et J. Prevotii;
℞ test. Gummarum c. vin. coct.
Lagolykri siccati.
Tr. Corall. Cons. Cytinorum.

Syr. Cydon. c. Corall. Pt. D. St. Jacques.

Externa: ol. Myrtin.
Mastichin.
Cydon.
N M.
Hypici.

Emplastrum Diaphoenicon cal. et frig.
Fotus vini Gnaphaliati.
Enemata lactis chalybeati et silicati.

Nil prohibet tamen, quin etiam Nostalis mucor ille intestinorum interna oblineus abrasus exeat, cum dolor sane id satis arguat.

Dyspnoea. Vid. asthma: differt
enim a tussi, sed ἐτυμολογικῶς
πλέον.

Dystokia. Vid. partus difficultas.

git : ſi coctione longa ſerum evaporet, adſtringit.

An potus aq. lac. vini chalybeati prodeſt? N. *Crato ep.* 261. *Doringius obſ.* 42. *cent.* 3. ait aq. recentis chalybis, quique nullam adhuc extinctionem paſſus eſt, alvum turbare; ſi vero à chalybe jam ante crebro extincto potetur, alvum ſiſtere. Vnde ſi adſtringere velis primam aquam abjice. *Sen.* hoc non concedit : quia homogeneæ eſt naturæ, ſed parce potum chalybeatum ſumendum cenſet: quo enim plus ferri aquæ communicatur, eò plus alvum turbat, imo vomitum movet: neque diu contineatur, ſed ſubitanea ſit extinctio. Si enim diutius in liquore maneat, in rubiginem quaſi mutatur & magis turbat. Ergo prima aqua effundenda non eſt. Crocus martis per ſolam reverberationem factus utilis eſt, per aq. ſolventes non item.

DYSVRIA eſt urinæ imminutio. Differt ab Iſchuria ſolo gradu. Interdum cum, ſæpe ſine dolore, eſt : guttatim non effluit, ſed ſæpe debita quantitate confertim.

CAVSA eſt facultas ſentiens vel expultrix veſicæ læſa, vel alij veſicæ morbi.

S. *djagn.* Si fiat vitio ureterum vel renum, nullus dolor, nulla gravitas eſt circa pubem. Vocatur ardor urinæ : non eſt urinæ imminutio, ſed cum urina debito modo, verum cum ardore, excernitur. Vide ſtranguriam.

CVRATIO. Sublata cauſa. *For.* gra-

uidæ febric. applicuit ad pubem. ℞ pariet. virid. m. ij. chæref. m. j ß. ol. ſcor. ʒ j ß. butyri ʒ ij. raro fefellit : præmitti poteſt glans vel clyſter. aliam curavit ol. chamæm. & ſcorp. præmiſſo fotu olei decoct. rutæ & anethi. *Fernelius* obſtructo uno uretere, urinam tantum per alterum excerni ait. Contrarium obſervat. *For.*

EBRIETAS.

Præſ. Comedantur amygdali amar. ſ. 6. 10. ante cibum ut & nuclei perſicorum, quæ videntur prodeſſe vi diuretica. Scribit *Arculanus* ſi quis abſinthij comas aut fol. rutæ mane jejuno ſtomacho edat, ab ebrietate defendi. Semen braſſicæ ante cibum ſumtum prodeſt.

Platerus ebrietatem fugit, quod in principio parciſſime biberet.

Mneſitheus Athen. tria obſervanda dicit. 1. ne vinum non mixtum bibas. 2. ne bellariis ſecundæ menſæ te repleas. 3. ne dormias antequam evomueris.

CVRATIO : acetum ſumtum ebriis mentem reſtituit & alia acida. *For.* ebriis cerevisiam tenuem propinat & dormire jubet. Si non dormiant non levantur niſi abſtinentia ſeq. diei & ſir. dd. rib. aſſumto.

Fol. braſſicæ aq. roſ. mad. cephal. medentur à crapula ſi capiti imponas. Obmutescentes à crapula mori ait Hipp. niſi febris accedat.

ECCHYMOMA, ſugillatio. Oculi vitia.

ECCHY-

Ischuria propria et impropria. Illa fit vitio vesicae plerumque ab obstructione. Haec fit urina nulla in vesica gente: in sc. non transmittitur, emunctentium et viarum culpa: pp. artaq. sive compressione a tumore, calculo, sabulo crassa, pure, grumo spiritus, phlegmate. carunculae in ostio vesicae, violenta rinctionis cohibitione, fibris transversis laesis.

Pil. Rufi. Mithridaticae.

⊕ ♃ c. ♁ ♃ S. Limon. et ♈ Capill.
♀. C. Dansei expressus ap. P. Asselinaeum MS.

Ischuriae expressus: ♄ vesicae Cervae S. Damulae, et gamarorum fluv. c. Syr. Capill. ♀.
νεφροὶ ἢ παρὰ ἀλαὶ Cervini, Melch. Sebiz. Senior.

♄ hypocarpiorum osseorum Persici.
Dcti Sarsaparillae
Gamarochylisma Cardani.

Cataplasma ex fol. Phicariae pectini admixtus.

De Ischuria compunctione curata inter musculos pyramidales Fallopianos vid. Episagm. LIX.

---

59. Semperviv. c. ♁ o Dato didymis involvendis. Almic. ad Her. obs. XIX.

Vitiligo: ἀλφὸς, ψώλας, λεύκης.
Hæc pessima, ista gravis: hæc
levis. Hæ quibus descendens:
Hæ tubo cutis occupantes.
Atrophia, morphæa alba, cutis ex-
ulceratæ, nævi alba à Synanthesi
pilis & cuticula, à sanie forente
lanugine albâ: Ut Melanæsis,
ita. Add. à femella VII. pau-
Hol. c. U. malis mortuis.
La tuisseria pet. mel.
Cura dirigenda ad ea antecedan-
tes et genuinas
Illa ex vasis rectis, Phlegmonæ
& melanosis dicenda: Ista
Ulcerosa: Topicis dijerenda,
dissipanda, absorbenda, abster-
genda, seu attrahenda.
Balnea ex dictis V Cochl. Fasti-
gentian. anthelon. polygonat.
Saponaria, ari, dracontii, helleborr.
Pæon, tryonis, asphodeli, scillæ.

ECCHYMOSIS. Contusio cum ecchymosi.

ECSTASIS. Vel *vera* est cum mens ad cœlestia contemplanda adstrahitur; Vel *Damoniaca* ut sagarum saltus, quo pertinet Cardani & Lapponum ecstasis.

Vel *naturalis* qua somnia sua ob imaginationis contentionem vere accidisse & angelorum choros se vidisse putant.

ECTROPIVM. Palpebrarum vitia.

ELEPHANTIASIS Græcorum seu lepra Arabum est cancer totius corporis, seu morbus in magnitudine aucta, intemp. cal. sic. solut. cont.

Causa est bilis atra maligna. remota conceptio fluentibus mensibus. Cal. & sicca epatis & lienis intemperies.

S. diagn. Nasus lividus, genæ rubræ, unguium fissuræ. Vox clangosa. Stupor in suris & toto corpore ut vix puncturam acus sentiant. ~~Si aliquot gr. salis super sanguinem leprosi projiciantur, sal resolvitur.~~ Si sanguis ~~aq. limpidæ innatat, infectus est.~~ Cineres plumbi usti si urinæ supernatent, leprosus est. *Lemn.*

Progn. Non curatur nisi incipiens.

CVRATIO. Diæta præscribatur V. S. purg. cardiacis. balneo. post balneum milvi cap. pedum ac viscerum in olla combustorum cinis exhibeatur; carnes vero tribus continuis diebus comedendas exhibent, quod ali-

qui pro ſecreto habent.

Viperarum uſum non ſufficere obſervavit Palmarius, Fernelius, Eraſtus; ſatis validum eſſe & quo Giſb. Horſt. ſe & multos alios Romæ curavit ait Vidius, Schenck. Palmarius magnam ſpem facit in hydrargyro.

ELEPHANTIASIS Arabum eſt tumor pedis qui pedem elephanti refert, lividus.

Curatur incipiens: inveterata incurabilis. Obſervavit *Senn.* ſæpe & manus ita intumeſcere, ut digitis preſſæ inſtar œdematis foveam relinquant. Curatur ut ſupra.

EMPYEMA eſt collectio puris in cavitate thoracis.

CAUSA: ſequitur potiſſimum inflamm. tonſill. pleuræ, pulm. &c.

S. diagn. Si præcedat talis inflamm. quæ curari non potuit, pondus circa diaphragma, fluctuatio in mutatione decubitus, febris tandem accedit lente, partim putrida, p. hectica, circa veſperam & mane exacerbatur. Tuſſis perpetua, ſputum purulentum. Si in dextro latere latent, pondus & calor ibi ſentitur. Hipp. jubet linteum madidum utrique lateri applicare, ubi citius ſiccatur ibi pus laret.

Progn. Sitis, anorexia, alvus liquida, ſputum fœtidum, lethale: ſæpe in phthiſin abit. *l. aph. 15.* Tum tempora valde extenuantur, pedes intumeſcunt, ungues curvantur. Si in ſiniſtro

latere

Sorrigabia Foresti: Unctuositas cutis: Sgis ab adfuso ... acerrimo nq mutatur nec fermentescens: massa sgis arenosa vel carnosa foetida nigricans ab elotione cum aqua linteamine excepti: Sgis Urine propie non sunt, sed in ea submersi. Fallunt tamen sepe hec omnia.

C. E. melisse c. Cosob. Parac.

Ess. Pteleoxyli, J. Dovineti.

Uraniaetos Hermetici.

Hermanthea Dea.

Cons. Buglosse Chermesina Vipata D. de St. Jacques.

Serum rosatum c. Otheriaco Ant. Viguarii Patav.

Externa:

Balm. ex fol. Leptocarye furfuraria.

Unguentum Citrin. c. ol. prunorum

Ol. vipin.

Butyrum Scrophulariae Cratonis, à lotione.

Opunellae c. C. E. O. et Marg. R. Lullii.

Ditus Myricae Neocosmicae.

Ebeni cydoniatum.

Bals. vipinum Henrici Nollii.

Cons. Corydalis c. Hermoglyca.

Alyssi Galenici.

Legitimum aliud, et aliud spurium à Catarrhis purulentis, et pit. putrescente.

Syr. d H. Heliodori.

Dys 4 expuls. gtt. x:

Exh. Pulv. Arom.

Syrupi.

F. o.

Exh. mellis.

Specifica unguenti.

Mag. Coell.

Jurisdictio Romana, attendantia
& delegantia: & vid. sub to.

Conf. Fabr.
Steel Terebinthinat.
Syr. Salviati, anisati &c.
& al. d'to.

Inj. per sectionem Uretheræ, & pp.
vulvæ, vid. sub to.

Injectiones ex dicto Hominis, rof. &
veronic. c. Jacob. Cautio.

Epilepsia Carotica aurea, vid.
C. l. Consil. Ecoten. usqh. III.
De epil. puerperia vid. Item.
Bodin. & alt. omiss. c. VI.

Epil. gravis per ulcera &
vis principes et viz sensus.
Diff. prim. et secundaria. Forte, le
vis: inveterata, recens: periodica,
inordinata: hereditaria vt ppria

[# varie agitantur, studiunt deambi,
vesicam & alvum exonerant, semet
ipsum rodunt, frustant.]
[a parce ipsum debiles, & stolidum,
vestigium fit: pallet facies, &
hebetes figunt, linguam mox in,
admittit, mox & retinet.

[# Ebria parce ipsum Narcotica &
spirituosa vinosa; sed & ipso parce &

latere pus lateat, periculosius. *aph.* 44. *s.* 7. 27. *s.* 6.

CVRATIO. Vacuandum pus quo natura ducit. *For.* injecit enema è decoct. hordei & mell. ros. pectus inunxit ol. chamæm. lil. axungia felis, catuli, fotu usus est molliente: post exhibuit cassiam, cumque urina crassa fieret, diuretica: postea purgans: his curatus fuit. Si tussis adsit per expectorantia, ut suc. hederæ ʒ i v. ter quaterve in die. Si frustra omnia, secãdum viribus constantibus. Si pulmo ulceratus non sit, inter 4. & 5. vel 5. & 6. costam in latere, ubi major est dolor.

ENCANTHIS, excanthis. Oculi vitia.

ENTEROCELE. Hernia intestinalis.

EPHELIDES. Maculæ.

EPHIALTES. Incubus.

EPILEPSIA. fit vel per Idiopathiam cerebri vel à ventriculo, utero, vermibus, partibus externis in adultis vel infantibus.

Diff. gradus 3. sunt 1. præsentitur lapsus, non demittunt spumam, non diu durat, & æger post paroxysmum omnium meminit. In gravi gravius se habent, in mediocri medio modo. ℔

CVRATIO. à paroxysmo liberetur æger, quod fit, si quam primum ingruit ℔, pil. una laudani opiati cum quarta parte ol. camphoræ sumatur. vel pil. antepileptica è rad.

pæon. cran. humano, vel ol. succini. Caput altius locetur, cuneus ori inseratur, motus vehementior inhibeatur, sed non omnino, prolongatur enim paroxysmus, excitetur.

Post paroxysmum curatur ut cephal. pituitosa vel melancholica, præparantibus, vacuantibus diu, imo per mensem, continuatis, sudoriferis & reliquis generalibus, Topicis, appropriatis. Iecur perdicis ad ignem in testa pulverisatum cum aqua millef. in vase vitreo destillata. *Crato ep.* 104. fir. è succo cardui cum extracto cal. arom. *ep.* 140. sang. hum. probat *Zac. l.*1. *hist.*23. quia lac utile est: semper amuletum appendatur, ut ℞. rad. pæon. ℥ ß. sem. pæon. mar. 3 j ß. item rad. bryoniæ,

Diæta: caro hircina, cor hirci, capræ, anguillæ, pessimæ. esus turturum utilissimus. coturnices malæ. pedes calidi serventur. temulentæ epilepticos pariunt.

Si affectus sit cerebri Idiopathicus, gravior est paroxysmus, invadit circa novil. & plenil. cerebri affecti adsunt signa: reliquæ partes valent. setacea apprime conveniunt cervici applicata.

Si infans laboret, præcavetur, si quamprimum fere natus fuerit, exhibeatur puluis epilepticus cum lacte. Si à lacte, vomitus procuretur, quod fit si lingua infantis comprimatur, vel penna ol. amygd. d. vel alio imbuta in fauces indatur. Nutrix curetur ac si laboraret

Ptis. Deckers Anot. ad Barbetti R. p. 6.

Elect. è Sp. ros. c. ♃ Jalap. v. ⊖ et ol. rorismarini: expunct. P. Barbettij.

Aloë Castoreata c. ⊖ artemisiæ amaracino Tr.

Melanagoga c. Croci metall. gr. iij. et ♃ dulcis gr. xx. D. St. Jacques.

Aqua alba Quercus c. res. scam. T.

✱ Oatum c. gamarolithis et Androcranio ℞ iij.

سفوف الدم بالاستفراغ من نفسه في البيض

[# acclamationibus, vellicationibus, punctionibus, frictionibus extremorum deorsum factis, ligaturis, (quæ potius intercipiunt) titillationibus (quæ minus tutæ.) clysmatibus, suppositoriis aerioribus, unctionibus narium, suffitibus, irrigationibus aquarum et vinum.

Universalibus et specialibus sive particularibus, ut errhinis, apophlegmatismis etc.

Elenchus epilepticus Diosc. ex quo Mag.

Cynocholæ ex Cretico et ▽ picarum, Jer. Martius.

Aquilegiæ c. lig. lumbric. terr. Petr. Gasseri expunct.

Hepar lutræ c. ▽ salviæ et beton. Martini ab Hessen.

Elect. primulæ veris H. Mercurialis, c. C. Cuculi et hirundinum, expunct. A. Gasseri.

Spec. lætific. Ras. c. L. Bezoär et Unicorn. Id.

▽ Anagallidis phoeniceæ ⊙ ingressu in ♌ et crescente ☽ Id.

Oxymeli scillit. pæoniatum, et hyssopites Georg. Lauthij.

Electuarium formicarum ex ▽ fl. tiliæ. Reusnerus.

Galedidymæ ex ▽ fl. tiliæ. Ar.

♃ gemmatus Austriacus.

L. Taurocholus.

[# et ante istum alii leniens, quod meconium sive Colostrum educat, v. g. Manna, Syr. et Manna, mel, anisum et similia.]

♃ epilepticus Com. Valdburgensium.

Dictus pæon. eruceæ alb. et fl. tiliæ c. ♃ splenis asinini et Ostalpæ cran. hum. et ♃ lumbric.

Cauterium stephanographicum: expunct. G. Lauthij.

C. pennarum pavonis.

Drepanidopoli.

Hippospleu.

Saurostea.

Pelargaphodus.

v. et ⊖ L. Heracleotici.

Cons. Anthus.

fl. quarantior.

Ther. Smaragdorum.

Pil. stomach. Succinatæ

Hiera Alocceratis.

Elect. Sambucinum Scammonii Androcranium.

Purgatio repetenda. Claretum pæoniatum Erastiaq. B. Brunc. Consa XIV.

Epil. Sympathicæ quæ vocant Emetica specificis mixta, si à stomacho Fr. Deckers l. c.

v. ♀ Raucedatus Androcranii

Syr. pistereonis Caryophyllatus.

Dictatum Ermellini Etruscorum.

Dictus L. Buxei et Visci q. Pr. L. S. et Xylaloës c. C. Gemmæ.

Lac Caprinum bryoniatum. Ar.

▽ pæoniæ Compos.

♃ ⊖ anodynum P.

♃ Regius N.

Tr. Microcosmi.

☽ Diaphoretica.

v. ⊕ ♃ atæ: v. ⊕ pæoni

Ceravnochrysos potabile cum v. ♀ ℞, Rudolphi Jun.

▽. et Ess. H. trinitatis.

▽ Anhaldina Hartm. et Mi

▽ Androscoris Matthioli.

v. Cranii Oatum Senertii

v. Antepilepticus Basilij Valenti

v. Anthropocephali.

v. ♃.

v. ⊕ viridis volatilis.

v. ♃ Oati.

Tr. ⊙is Glauberi.

Ess. Castorei.

Syr. stoechad. F.

Herm. Dalec I. Quercetan.

Four Hydrometeliticks Paderborners
Fig. Hedonikij.

Epilepsia Cardiaca à vermibus Hercina
curata à facultate Leg. H. Sept. M. PP.
obs. XI. à Jacobo Hendelino à M.
Rulando. Cent. IX. c. XIII.

Erotomania. Vid. Mania
amorosa insana: & Philtra.

---

raret epilepsia : infans purgetur melle plassu-
lato. *Holl.* In paroxysmo curentur ut adulti.
Si à vermibus, necati expellantur.

EPINYCTIS. Pustula.

EPIPHORA. Oculi vitia.

EPVLIS. Tumor.

ERYSIPELAS, Rosa seu ignis sacer, fit non à bile pura; exulcerat enim & fieret herpes, sed à sanguine bilioso vel calidiore ejus parte : plerumque est cum febre.

Signa. Febris cum horrore, rigore, dolor intensus & calor, color roseus. Distinguitur à phlegmone. 1. quod digito posito super Erysipelas pars exalbescit refugiente sanguine; secus in phlegmone, nisi pars prematur. 2. major est calor, dolor, major febris; unde pars sæpe in vesiculam attollitur.

3. Color phlegmonis ad nigrum, erysipelatis ad flavum inclinat. Progn. *aph.* 25. *s.* 6. 7. 2.

CVRATIO. Si adsit plethora, causa antecedens V.S. purgatione vacuanda : post naturæ conatus est promovendus per sudorifera alexipharmaca, aq. flor. & rob. sambuci, Theriaca, &c.

Quidam nucem moschatam lino vel cannabe involutam torrent sub cineribus, ac cum sem. aquilegiæ itidem tosto cum aq. scabios. exhibent tanquam singulare antidotum.

Vulgo pannum lineum vel laneum rubrum vel far. hord. apponunt : humida vul-

gus horret. Commodè tamen pannus lineus aq. ſambuc. imbutus fortiter expreſſus tepidus imponitur.

Topica, ut in ambuſtis, ſi frigida ſint, facile gangrænam accerſunt: potius igitur aq. fl. ſambuci. ol. ſambuc. quod lac aureum vocant utendum. Item aq. omnium florum. furfures macri. *VVierus* ſecretum eſſe ſcribit ſi fel carpionis piſcis cum penna tepide membro affecto illinatur, & poſtea linteum ſiccum imponatur. Si frigidis uti velis, eo uſque utere dum calor parum ſedatus ſit quod æger narrabit.

Diæta ſit frigida & humida, quæ quoque ad præſervationem facit.

ESSERE. Puſtula.

EXCRESCENTIA carnea. Vlcus.

FASCINATIO Eſt incantatio qua per intuitum, laudationem ſeu contactum, homines, bruta, ſegetes, emoriuntur.

Dantur autem faſcinationes per primum & ſecundum modum non vi vocum, ſed diaboli.

Signa: ſi medici doctiſſimi de mali cauſa dubij ſint, ſi ſtatim ſtatus adſit; ſi res p. n. ut lapides ejiciantur.

Curatur precibus, purgat. hum. mel. vomitu. *V. infra: Incantat. p.*

FAVI. Sahafati.

FEBRES infantium. Infantium febres.

FEBRIS lactis. Partus.

FEBRIS

Faucium vlg. V. vlg.

Si ex splene serosum fuerit, aut sanguinis,
eidem mesenterii glandulis vitiato:
proveniet: Cavendum ♃tatis c. ol. aspalathi Rhodii.

Diuretica, ad diversionem et vacuam
seu per pirrhoeam.
Cichorium gdit.
Syr. pomon.
Fustanica inceratae pentaculum, cum Sadraphodo.

Faciei cicatrices.
Delentur Cosmeticis. ▽ lil. alb. bryon. limon. lapathi ac. serpentar.
ol. ovor. expr. amygd. amar. myrrh. Unguentum lithargyri.
Liq. ♃ti per deliquium. Andropimele caphurata c. borace.

Faciei rubor. vid. gutta rosacea.

Faciei rugae.
Seniles curam non admittunt.
Curatio in juniori per victum boni succi,
getem, vitae hilaritatem.
▽ ari, asari, polygonati
fl. verbasci.
prim. veris. Ol. sesamin. amygd. d.
Dictum ficuum, et rad. bryoniae.
Ovum alb. ovi concussum.

Faciei maculis Cosmetica:
▽ ovorum d.
Mag. Marcasitae.

Faciei vari. Cum sanguis adustus crassus cum
tenui sanie.
Curatio praeter Universalia, per emolli-
entia, suppurantia, digerentia,
et detergentia: quae vid. suis locis in
mitra med. ▽ lil. alb. Cucum. silv.
analvae, ol. amygd. d. Diachylon ireatum,
et simpl. Empl. de melilot. Ol. Jun.
rutac. v. foenic. Ol. ♃ti. Ol. lateri.
Ol. ♃ti.

FEBRIS Ephem. eſt febris à ſpirituum vitalium incendio orta: quo pertinet ſynoche plurium dierum à ſpirituum & ſanguinis tenuioris effervescentia orta.

S. diagn. 1. Incipit à cauſa procatarctica, eſt ſignum inſeparabile. 2. Vrina ſanorum eſt ſimillima. 3. Pulſus naturali proximus. 4. Calor mitis, ſuavis. 5. Inuadit ſine frigore, horrore: caloris cauſæ ſunt, 1. motus. 2. putredo. 3. vicinia rei calidæ. 4. conſtipatio, corporis. 5. permiſtio rerum cal.

Curatio facta fuit balneis, frictionibus, unctionibus.

FEBRIS Putrida. Cauſa putredinis eſt læſa coctio ob res nat. n. n. p. n. 2. pororum conſtipatio vel ab aſtringentibus vel ſiccitate ut ardore ſolis vel vaſorum obſtructione ab humorum copia, lentore. 3. evocatio caloris naturalis à febre ephem. ira &c. 4. vicinia rei putridæ.

S. diagn. 1. Calor eſt actis, mordax. 2. Incipiunt abſque cauſa procatarctica, eſt ſignum proprium. 3. Vrina, pulſus, multum differunt à naturali. 4. Incipiunt cum frigore, eſt ſignum proprium. 5. Per paroxyſmos redit, eſt ſignum proprium.

QVÆSTIO. An purgandum in febb. putridis? N. quia purgantia calida ſunt & febrem accendunt. 2. Quia ſub cane & antecanem difficiles purgationes ob cal. ambientem, quanto magis ob febrilem? 3. quia

purgantia naturæ ſunt contraria. 4. quia non in principio nec augmento : cruda enim ſunt omnia : nec in ſtatu : natura enim à coctione turbatur, & melior eſt quies. *aph.* 29. *ſ.* 2. nec in declinatione : in ea enim nemo moritur,&c. reſtat quod in fine ſtatus ſit purgandum. *Zac. l.*1. *hiſt. 6. 3.*

An à putredine febris oriri poſſit ? N. 1. quia putredo calor non eſt. 2. quia omnia putrida refrigerantur tandem. 3. quia vapores minus calent quam cor. *Zac. refut. hiſt.*84. *l.*1.

FEBRIS cont. putrida. Diſtinguitur ab intermittente, quod intermittens ſemper cum magno horrore & rigore ingruat : illa raro cum parvo. Intermittens raro ultra 24 horas extenditur, cauſus linguæ nigredinem habet conjunctam : unde chirurgi linguam ſolam inepte curant. *For. l.*2.

FEBRIS tert. Interm. Inttermittit quia quovis paroxyſmo materia diſcutitur : quod probatur ex apyrexia. 2. quia facile diſcuti poteſt. 3. quia ſymptomata ut horror, nauſea, die vacuo recolligi novam materiam indicant.

Diff. exquiſita differt à notha : 1. quod exquiſita nunquam horas XII. raro 7. excedat. 2. quod rigor ſit vehemens & brevis. 3. quod ſtatim ſigna coctionis appareant.

S. *diagn.* Dignoſcitur à quotidiana rigore : in hac enim ſolus eſt horror ; durationeparo-

1. Febris, sug. e nimia stup. mortis,
Dest corpoj, et spina palens.

Is cui ea major cura sit bestiali,
pancreatis, sepatis, glandulas
mesenterij, et ibi cordis et
rebij. Arg. a. ng negligendi ja
oleant necesse e.
Bilis acris tempora: crassa
incenda. Humores leniter ven,
ant. Pituita fortiora agentibus
sunt comoda.
Sudoifera vehementia sin obst.

Febris continua s. bilioso corrupta.

Eff. Cicuta Jo. Rosefolij.

S: Simplex sit, tertia quaq die redit.
S: Duplex aut triplex, quotidie, et
differt 5 à quotidiana.

Finitur septeno ad senum circuitu.
Hippoc. IV. apho. LIX.

Diff. Exacta s. pura: notha, illegi-
tima, spuria.

Gentia. Vard. ben.
Hyssopi.
Crepidis.
Scrup. Ravendach. c. Fa. fl. Graij
& Delphinij Rosc.
Fa. ℞ Tabij.
Oarij tabij, Dan. Ludovic.
℞ Oab.
Eff. Card. Tutsh Ravendach. Diuretica.
Mag. Coriandri Tabij.
Exh. Sarmatici Caryophyllat. # Hoc de inter, ſe non ſemp ſe
alterij Cinnamomi. ſequit et eventy. Recte Febrin
Landia Nymphaea. Nec ex eis fuit aſſumend: Hec
Capsica tosta. a. Quippe ex Symptomatibz
Theriaca Scheborsta Osta. cognoſces.
